



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

Tractatvs IX. de peccato Linguæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

tus in quo est iniuriās. Insanus enim est, sicut prius est ostēsum irrogata enim iniuria, ipsius est infania qui facit, vt dicit philosophus. Ideo cōpati debemus ei, potius quā irasci. ¶ Sextum remediū est, cōsideratio priorum defectuum. Facilius enim quis portat defectus alienos, quādo ipse suos nouit, quos oportet ab alijs portari. Vnde Prou. 19. Homo indigēs misericors est. Ideo aliqui defectibus aliorū ita de facili irascuntur, quia suos nō agnoscūt. Seneca: Regū animos induimus. Illi obliuisci suar infirmitatis alienę deseruiūt, quasi iniuriā acceperint. Aug. Irascaris seruo tuo ne peccet, irascere tibi ipsi ne tu pecces. ¶ Septimū remedium est, consideratio finis nostri, mortis scilicet, & eorum quę post mortem sequuntur. Vnde Eccle. 28. Memēto nouissimorum, & desine inimicari. Et subditur: Memento timorē Domini, & ne irascaris proximo. ¶ Octauum remedium est, cōsideratio propria impotētia. Multi sunt qui ideo iram seruāt contra proximū suum, quia reputant dedecus esse non vindicare se de eo qui eis iniuriatus est: qui attendere debent, q̄ necessitatem potestatem habent defendendi se à muscis & à pulicibus. Vnde August. Homo tibi conuiciū dicit, & tumes, & iratus es pulicibus resiste vt dormias, &c.

TRACTATUS IX. de peccato Lingua.

De ordine dicendorum in hoc tractatu. Et de his quę deberent mouere hominem ad diligentem custodiam lingua. PARS I.



VLTIMO inter peccata dicendum est, de peccato lingua, quia istud peccatū remanet post alia peccata. Multi cauēt sibi ab alijs peccatis, qui nō cauēt à peccato linguę. Agemus autē de peccato linguę hoc modo. ¶ Primo agemus de custodia linguę in cōmuni. ¶ Secundo, enumerabimus diuersa peccata linguę, & de vnoquoq; eorū secundum ordinem prosequemur. ¶ Tertio verò tangemus de remedijs contra peccatum linguę. ¶ Multa verò sunt quę deberēt homines mouere ad diligentem custodiā linguę. ¶ Primū est, q̄ Dñs hominē in lingua honorauit p̄ ceteris creaturis. Nulli enim creature dedit Deus linguam materialē ad vsum loquētię, nisi homini: quod non paruum honor est, nec paruum beneficiū. Si verò nō credis beneficiū istud esse magnū, cogita si mutus es, quantū beneficiū paruum si redderetur tibi loquela. Plus enim amares hoc, quā si daretur tibi infinita pecunia. Vnde valde ingratus est homo qui Deo peccando inhonorat in membro illo, in quo Deus hominē pu-

cæteris creaturis honorauit. ¶ Secundum est hoc, quòd lingua quantũ ad vsũ loquelæ, organum est rationis: verbum verò nuntius est rationis, sicut dicit Aug. & in solis habetibus rationem inuenitur naturaliter. Vnde à ratione regi debet, & solũ ad imperium rationis debet lingua exire ad actũ loquelæ. Indecens est, vt rationis nuntius sine ratione mittatur. Ex quo secundũ Psal. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, de iure posset ei à Deo auferri vsus loquelæ. Ad iumentũ enim non pertinet loquela. ¶ Tertium est, q̄ aues quæ non receperunt tantum beneficium in lingua, quantũ homo, nec aliquã mercedẽ à Deo expectant, pro vsu linguæ suæ laudant creatorẽ suum. Vnde multum potest Deus offendĩ, si homo ei in lingua contumeliam irrogat, ex quo cõgregatio auĩ eum laudat. ¶ Quartum est hoc, q̄ lingua est membrum valde nobile, & in quo multum indecens est omnis immũditia. Nulla etiã immunditia maior est immunditia peccati imò non reputatur corporalis immunditia comparatione ad peccatum. Vnde Math. 15. Non lotis manibus māducare, non coinquinat hominem. Diligenter ergo custodiẽda est lingua, ne à peccato inquinetur: qui etiã non plus timet inquinare linguam suã peccato, quã cætera membra, porcus videtur potius quã homo. Porcus enim rostrũ in lutũ ponit sicut & pedẽ, nec magis parcat ori, quã pedi. Homo qui nõ timet inquinare os suũ peccato, velut canis macelli est, qui labia solet habere sanguinolentã. Abominabilis etiã hominibus potest esse & Deo: quia permittit in os suũ intrare ea quæ immũdiora sunt muscis & pulicibus. Diabolũ etiã permittit excreare sibi in gulã: Immunditia enim peccati spurũ diaboli est. Potius tolerãda esset excreatio leprosi in ore, quã excreatio diaboli. Multũ turpis est, qui diabolũ, qui immũdissimus est, permittit nidificare in ore suo. ¶ Quintũ quod deberet homines monere ad diligentẽ custodiam linguæ, est officium ad quod lingua deputata est. Est enim deputata ad orandũ, & ad Deum laudandũ, ad susceptionem corporis & sanguinis Christi, & ad proferenda verba sacra, quorũ, quodlibet linguæ sanctitatẽ magnã requirit. Oratio magnam sanctitatẽ linguæ requirit: quia secundũ Greg. cum indignus ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Vnde lingua quæ toties Deũ offendit, nõ de facili oratione exauditur. Laus etiã Dei similiter sanctitatẽ magnã requirit, quã nõ est speciosa laus in ore peccatoris: vt dicitur Eccl. 15. Dominicũ etiã corpus quod in ore recipitur, sanctitatẽ magnam requirit: vnde

sicut multū peccaret, qui in calice vbi corpus Christi recipitur
 lurum immundū poneret: sic multū peccat qui os suum, in quo
 corpus Christi recipitur, per peccatū inquinat. Verba etiam le-
 cra, quæ in ore hominis debent versari: sanctitate similiter etiam
 requirunt, cū sint reliquiæ Dñi. Vnde Matt. 7. sanctum vocant
 vbi Dominus ait: Nolite sanctū dare canibus. Si vestes quæ Do-
 minicum corpus tetigerunt pro reliquiis habentur, multo plus
 verba quæ ex ore eius processerūt. Quod verba Dñi reliquiæ
 sint, probat miracula spiritualia quæ per ea fiūt. Cæci enim spi-
 ritualiter per ea illuminantur. Vnde Psal, Præceptum Dñi luci-
 dum illuminans oculos. Et mortui spiritualiter viuificantur.
 Vnde Io. 5. Venit hora, & nunc est quando mortui audient ve-
 cem filij Dei; & qui audierint viuunt. Inter alia membra os ma-
 ximè videtur esse deputatū diuino officio: & bene iustum esse
 cum Dominus omnia membra hominis fecerit, vt saltem vni
 membrorū sibi mundū seruarietur: vnde seruiretur ei. ¶ Sextum
 est hoc, q̄ lingua custodita, anima custoditur. Vnde Prouer. 10.
 Qui custodit os suū, custodit animā suā. Homo qui os suū non
 custodit, est quasi ciuitas absq; muro. Vnde Prou. 25. Sicut vitis
 parens & absq; murorū ambitu; ita vit qui nō potest in loquendo
 cohibere spiritū suū. Est etiā sicut caltrū vel domus absq; porta.
 Vnde legitur in Vitis patrū, q̄ quidā senex cū quibusdam
 fratribus ibat ad beatū Antoniū, & audiuit multa ab ipse in vi-
 de sacra scriptura, & de operibus manū suarū, sed ipse per om-
 nia tacebat: & cū venissent ad Antoniū, dicit Antoniū lenitè
 nos fratres habuisti comites itineris tui, At ille: Boni sunt que-
 dem, sed habitatio eorū nō habet ianuā. Qui vult, intrat in taber-
 nulū eorū, & soluit asinū, Qui vult custodire castrum aliquod
 oportet q̄ diligentiam habeat circa ostiū portæ. Vnde ibi tutius
 solēt fieri. Etiā in claustris ad portā custodes cōsueuerunt poni.
 Sic qui vult custodire animā suā, oportet q̄ diligentiam adbe-
 beat circa custodiā oris. Homo etiam os non custodiens, est vt
 absq; operculo: & ideo immundus est, iuxta illud Num. 19. Vt
 non habens operculū, neq; ligaturā desuper, immundū erit. Et
 etiam velut equus absq; fræno, & nauis sine gubernaculo. Vnde
 Iac. 3. Si equis fræna in ora mittimus, ad consensuendū nos
 omne corpus eorum circūferimus. Et naues, quamuis magnæ
 sint, & à ventis validis minentur, circūferuntur tamē à modico
 gubernaculo, vbi impetus dirigētis voluerit. Itā & lingua ma-
 dicum quidē membrū est, & magna exaltat, id est, ad magna
 præmia vel tormenta ducit. ¶ Septimū est pronitas ad malum
 quæ

quæ in lingua est. Quæ insinuat Iac. 3. dicens: Omnis natura bestiarum, & volucrum, & serpentum, & cæterorum dominantur, & domita sunt à natura humana: linguâ autem nullus hominum domare potest. Et subditur: Est enim iniquitatis malû plena veneno mortifero. Et in eodẽ 3. Lingua nostra ignis est, vniuersitas iniquitatis: vbi dicit glo. Vniuersitas, quia per eã ferè cuncta facinora aut concinnantur, vt latrocinia & stupra: aut patrâtur, vt periuria, falsa testimonia: aut defenduntur, vt cû quilibet scelus suû excusat quod commisit. Lingua enim in humido siue in lubrico est, & ideo de facili labitur. Ideo scriptû est. Eccles. 14. Beatus vir qui nõ est lapsus verbo ex ore suo. Propter pronitatẽ ad malû, quæ in lingua est, ponitur sal in ore paruulorû qui baptizâtur, ad ostendendû qd membrum illud de facili putrefiat, & vermibus vitiorû scaturiat. Propter eandem causam Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit, potius quàm in manibus vel aliis mēbris, vt ostēderetur qd membrû illud maximè inflammatû erât igne infernali. Vnde necessariû erat multû, vt in igne cælesti inflâmaretur. Propter eandẽ causam, etiã quû manus, & cætera membra in patulo sint, lingua tamẽ inclusa est quodãmodo à natura. Et merito, cû propter falsitatẽ suã, & pronitatẽ ad malû, bene cõclusionẽ indigeat. ¶ Octauû, quod deberet homines mouere ad diligentẽ custodiã linguæ est hoc, qd lingua multû potens est ad nocendum. Quam potestatẽ nocendi vult ostendere Iacobus, quando linguam ignem vocat. Iac. 3. Ignis enim inter omnia elementa potentior est ad destruendû. Eandem etiã potestatem insinuat, quando dicit qd lingua inflâmat totam natiuitatis nostræ inflâmata à gehenna, id est, suggestionẽ diaboli, vt dicit glo. interlin. Rota autẽ natiuitatis vocatur vitæ præsentis cursus. Potestas nocendi quæ est in lingua, apparebit si ostendatur qd noceat, & quantû noceat, quàm velociter, & quot modis. ¶ Nocet autem lingua & ipsi loquenti, & ei cui loquitur, & ei, de quo loquitur. Ipsi loquẽti nocet multipliciter. Primo, gratiam Dei auferendõ. Vnde Bern. Lewis res sermo, sed grauius vulnerat, aptissimû euacuãdis cordibus instrumentum. Aufert etiã gratiã hominû. Vnde Eccl. 20. Sapiens in verbis amabilem se facit: gratia autẽ fatuorû effundetur. Prou. 10. Os stulti cõfusiõni proximû est. Eccles. 5. Honor & gloria in sermone sensati: lingua imprudẽtis subuersio illius. Nulla enim bestia adeo nocet hominib, sicut lingua si nõ custodiatur. Os vnus mali cõsiliarij vel suggestoris quãdoque destruit totam vnam patriam, quod non facerẽt centû lupi. Centum etiã tem-

pla spiritualia vel plura per irā accendit lingua vna. Lingua et
 vnius aduocati destruit abbatia vnā, vel archiepiscopatu vnū
 dum facit illum poni in manus alicuius qui ex parte diaboli
 Vnde Eccl. 28. Lingua terria multos commouit, & disperfit
 de gente in gentem. Ciuitates munitas diuitum destruxit. No-
 cumentum vero quod facit lingua, valde magnum est. Vnde
 Ecclesia. 28. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi
 interierūt per linguā. Qui enim intereūt per linguā, morte
 ma intereunt: illi autem qui gladio, corpore intereunt. Item
 eodem: Flagelli plaga liuorem fecit: plaga autem linguæ com-
 minuet ossa. Cordi enim letale vulnus intigit. Multis etiā mo-
 dis nocet. Nocet enim occultè: & ideo comparatur serpenti. Vnde
 Psalm. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspi-
 dum sub labijs eorum. Nocet etiā à remotis, ideo sagittæ com-
 paratur. Ierem. 9. vbi dicitur: Sagitta vulnerans lingua eorum.
 Item ibidem 9. Extenderunt linguam suam arcum mendacitatis
 veritatis. Lingua eius qui est in Gallia, nocet ei qui est ultra ma-
 re, dum eum infamat. Item existens in terra nocet ei qui est in
 cælo, dum Deum & sanctos blasphemat: Vnde Psal. Posuerunt
 in cælum os suum, & lingua eorū transiuit in terra. Nocet etiā
 lingua p̄ximo: & ideo gladio comparatur. Vnde Psalm. In-
 cucerunt, vt gladium linguas suas. Et iterum: Lingua eorum gla-
 dius acutus. Velociter etiā nocet lingua. Vnde Bern. loquens
 de illo verbo, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem
 dicit: Vtique tam veloces quā velociter currit sermo. Vnus est
 qui loquitur, & tantū vnū verbum profert, & tamen vnum ve-
 bum vno momento multitudinis audientium dum aures in-
 cit, animas interficit. ¶ Nonum, quod deberet mouere homines
 ad diligentem custodiam linguæ, est hoc, quod nisi lingua de-
 ligenter custodiatur, primo sauit in dominum suum. Vnde pro-
 verb. 18. Os stulti contritio eius. Et 26. Os lubricum operatur ma-
 nas. ¶ Decimū est cruciatus linguæ, quem sacra scriptura com-
 memorat Luca 16. vbi dicit diues, qui erat in inferno: Parce
 Abraham, miserere mei, & mitte Lazarū, vt intingat extremitatem
 digiti sui in aqua: vt refrigeret linguam meam. Gloss. Cruciatu
 linguæ specialiter exprimitur, vt peccatū linguæ specialiter de-
 clinetur. Similiter cruciatus linguæ exprimitur Apocaly. 16. vbi
 sic legitur. Commandauerunt linguas suas p̄ dolore, & bla-
 phemauerunt Deum cæli p̄ doloribus & vulneribus suis. No-
 dicit quod manducauerunt manus suas, sed linguas suas. Et
 dem de causa qua prius. ¶ Vndecimum est difficultas culte
 dicend

diendi linguam. Propter quam difficultatem legitur in Vitis patrum de quodā sancto, qui clamabat incessanter: Domine Deus meus, libera me à lingua. Eccles. 22. sic legitur: Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, ut non cadā ab ipsis, & lingua mea perdat me? Et Psal. Domine labia mea aperies, &c. Et iterū, Pone domine custodiā ori meo. & Prou. 16. Homini est preparare animū, & domini est gubernare linguā. ¶ Duodecimū est, vtilitas magna quæ sequitur ex custodia linguæ, quæ vtilitas insinuat Prou. 12. vbi sic legitur: Vnusquisq; de fructu oris sui replebitur bonis. Non est autē aliquis ita pauper, qui in breui nō possit ditari de fructibus oris sui, si illud diligēter excoleret. De his fructibus dictū est in tractatu de Acedia, in capitulo de Otio. Vtilitas bonæ linguæ innuitur Prouerbiorum 10. vbi sic legitur: Vena vitæ os iusti. Propter vtilitatem huius membri potius apparuit Spiritus sanctus in linguis, quàm in manibus, vel in aliis membris. Membrū enim vtilius voluit sibi eligere. ¶ Tertiumdecimū est, periculum quod accidit nisi lingua custodiat. Sine custodia enim linguæ non potest homo bonus fieri, & si bonus est, fit malus. Ad primū videntur pertinere illud Iob 11. Nunquid verbosus iustificabitur? Et Grego. Verā sententia est quæ legitur, Cultus Iustitia, silentiū. & Leuit. 15. Vir qui patitur fluxum sanguinis immundus est. Ideo dicitur Iac. 1. Si quis putat se religiosum esse, non refrænans linguā suam à malo, sed seducens cor suū, huius vana est religio, quia vadit in nihilū. & in Psal. Quis est homo qui vult vitam? quasi aliquis respondisset, Ego, subditur, Prohibe linguam tuam à malo. Et Prou. 18. Mors & vita in manibus linguæ. Et Matt. 12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Ad periculum illud ostendendum valet quod legitur de Secundo philosopho, qui cum rediisset à studio Atheniensi, & mater eius interpellaret eū de turpitudine, & insultaret, ipse dixit: Non intrabo vnde exiui. Quod intelligēs mater dolore mortua est, & tūc dixit ille, Quid est optimum, & quid est pessimum verbum? & perpetuo silentio se damnauit. Si etiam aliquis est in bono statu, nisi linguam suam custodiat, citō corruet. Vnde Prouerb. 12. Propter peccata labiorū ruina proximat malo. Ideo dicitur Eccle. 18. Beatus est qui rectus est à lingua nequam. ¶ Decimumquartū est, & quæ magna pars nostræ bonitatis est in custodia linguæ. Vnde Iac. 3. Si quis in verbo nō offendit, hic perfectus est vir. ¶ Declimūquintū est hoc, quæ magna pars sapientiæ in moderatione ipsius linguæ consistit, vnde Prouerbiorū 17. Qui moderatur sermones suos;

doctus & prudens est, & eiusdem 10. Qui moderatur labia su-
 dentissimus est. Non solum prudens est vel prudentior, sed
 prudentissimus. Prudens est, qui loquitur quādo loquēdum est.
 Vnde Eccl. 20. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus. Pruden-
 tior est, qui loquitur talia, qualia debet loqui, vt q loquitur ve-
 ba pura à falsitate, & à proximi nocumēto, & à cōtumelia De-
 vnde Prou. 1. Sermo purus pulcherrimus est. Prudentissimus
 est ille, qui modum seruat in verbis: qui scilicet dulciter loqui-
 tur absque clamore & asperitate, quod non parū est vile. vnde
 Prou. 16. Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui do-
 cis est eloquio, maiora reperiet. Magis enim proficiunt qui ha-
 bent dulcedinem linguæ, quā qui habent sapientiā magnā in
 corde. Sed videtur q̄ potius Salomon debuerit dicere, Qui mo-
 deratur cor suum, prudentior est, quā qui moderatur, &c. Ad
 quod respondendum est, quod non potest esse sermōis mo-
 ratio absque cordis moderatione. Folia enim nō possunt se ha-
 bere moderatē radice cōmota. Et ille maximē dominatur ar-
 mo suo, qui ad eū habet suum in potestate sua, quod non licet
 vti armis suis etiā paratissimis in sua defensione, quæ sunt ve-
 ba. Verbis quasi sagittis hostes de longe percutimus.

¶ *Quod in moderatione prædicationis habendus est respectus ad quinque.*

NOTANDVM quod in moderatione prædicationis habē-
 dus est respectus ad quinque. Specialiter autem ad personā qui
 loquitur. Vnde Prouer. 17. Non decet stultum verba compo-
 ta, & ad materiā de qua homo loquitur. vnde Hieronymus: Ma-
 terias grandes ingenia parua nō sustinent. & ad personā cui ho-
 mo loquitur: quia sicut dicit Greg. secundū capacitatem audien-
 rum, formandus est sermo doctorum, & hoc quantum ad pro-
 ximitatem sermonis, & quātum ad sublimitatem, sunt qui minus
 capacibus tot & tanta dicere volunt, quod ipsi nihil retinent. Illi
 volūt mittere doliū vnum vini in lagenā vnam, vel in scyphum
 vnum. ¶ Quarto respectus est habendus ad tēporis oppurtunita-
 tem. Vnde Eccl. 20. Ex ore fatui reprobatur parabola, quia non
 dicit eam in tempore suo. Et Prouer. 15. Sermo oportunus opti-
 mus est. ¶ Quinto, habendus est respectus ad feruorē. vnde Ec-
 cle. 7. Noli esse iustus multum. Sunt qui quærunt ensē ad mi-
 nimā negligentiam cū tanto feruore mouētur, sicut si esset mi-
 gnū peccatū: quod rarō expedit fieri, & si in casu multū con-
 dū sit, etiā contra paruas negligentias, quando aliter corrigi nō
 possunt. Gre. super Ezechie. Obsecro discē qualiter vnūquenque
 alloqui

alloqui debeas quem corrigi vis: & noli in parte ista ambulare in sensu suo, imò in furore tuo. ¶ Decimosexto, debet mouere ad custodiã linguæ exhortatio sacræ scripturæ: vt est illud Eccl. 28. Ori tuo facito ostia. & ibidè: Verbis tuis facito stateram, & franos ori tuo rectos, & attende ne fortè labaris in lingua. & Eccl. 5. Ne temerè quid loquaris, ne cor tuum sit velox ad proferendum sermonè coram Deo. & Prouer. 4. Remoue à te os prauum. ¶ Decimos. primo debet mouere ad custodiã linguæ exempla, vt est illud 1. Reg. 3. Creuit Samuel, & Dominus erat cum eo: & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram, & in descriptione viri iusti dicitur in Psal. Et foliũ eius non defluet. Et alibi in Psalms: Dixi custodiã vias meas, vt nō delinquã in lingua mea. ¶ Decimo octauo debet hominẽ mouere ad custodiã linguæ hoc, q̄ oportebit verba nostra transire per districtum iudiciũ Dei. Ideo debent hæc verba nostra saltè transire per iudiciũ nostrũ. vnde in Psal. dicitur de lingua iusti, quòd loquitur iudiciũ, id est, sententiã examinatã, & vt breuiter dicam, sicut per loquellam perpenditur vtrũ aliquis sit Gallicus, vel Theutonicus, vel alterius nationis. vnde in Euangelio, Verè tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. sic per loquelam perpenditur aliquo vtrum sit bonus vel malus. vnde Eccl. 4. In lingua sapientia dignoscitur. Itè Ecclesiastici vigesimo septimo: Ante sermonem non laudes virum. Hæc enim tentatio est hominum. Hieronymus: In pondere verborum probatio existit humanæ vitæ.

*De vigintiquatuor peccatis lingua, PARS II qua
habet XXIIII. cap.*

De ordine dicendorum in ista parte. Et primo de Blasphemia.

C A P. I.

DICTO de custodia linguæ in communi, consequenter enumeranda sunt diuersa peccata linguæ, vt de his prosequamur. Ex quib⁹ 24 enumerare sufficiat, quæ sunt blasphemia, peccatũ murmuris, peccati defensio, periurium, mendaciũ, detractio, adu- latio, maledictio, conuiciũ, cõtentio, bonorũ derisio, prauũ conuiciũ, peccatũ seminantium discordias, peccatũ bilinguium, rumor, iactantia, secreti reuelatio, indiscreta cõminatio, indiscreta promissio, otiosum verbum, multiloquium, turpiloquium, scurrilitas, & indiscreta taciturnitas. ¶ Et primo prosequamur de quatuor primis, quia illis directè peccatur in Deum. Inter quæ incipiemus de peccato blasphemie, quia maius est. De quo peccato hoc modo agemus. Primo notificabimus istud peccatũ. Secũdo ponemus ea quæ valere possunt ad detestationẽ huius pec-

LL 5

cati. Tertio dicemus de personis, quæ videntur esse confes-
tes blasphemantibus. Quarto, tãgemus aliquid specialiter de
tuali blasphemantibus. ¶ Norandũ ergo secũdũ Aug. Blasphemantibus
quãdo aliquid attribuit Deo, quod Dei nõ est, vel quãdo ap-
tur de Deo quod ipse est, vel quãdo aliquis sibi vsurpat
Dei est. Nos autẽ hic blasphemantiam intelligimus verbũ in con-
liam Dei protatũ, vt cum aliquis iratus vindicare se voluit
Deo, aliqua membra de ipso nominat, quæ nominãda nõ sũt

¶ *De his quæ valent ad detestationem huius peccati, &
de penis blasphemorum.*

MULTA verò sunt quæ possunt valere ad detestationem
ius peccati. ¶ Primũ est, pœna qua legitur dominus punire
sphe mos: de qua legitur Leuit. 24. Ecce egressus filius matris
Israëlitidis, quẽ pepererat de viro Agyptio, iurgatus est cum
Israëlitã. Cũque blasphemasset nomẽ domini, & maledixit
ei, adductus est ad Moysen, miseruntq; eũ in carcerẽ, donec
ficerent quid iuberet dominus: qui locutus est ad Moysen
blasphemũ extra castra, & ponet omnes qui audierũt manũ
per caput eius, & lapidabit eũ populus vniersus. & deinde
mulgavit legẽ de pœna blasphemorũ, dicens: Loquere ad
Israël. Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatũ suũ
& qui blasphemauerit nomen dñi morte moriatur: lapidabit
obruet eũ omnis multitudo populi. De pœna etiã blasphemantium
exemplũ refert Greg. in dialogo, quod quidã Romã teneret
quendam puerum quinq; annorũ, qui cõsuetus erat blasphemare
nomen domini statim quãdo animo eius aliquid oblatum
quadam autẽ die cũ pater eius teneret eũ in brachijs, etiam
puer, Nigri homines veniũt qui eũ tollere volũt. qui eũ hoc
xisset, nomen domini blasphemauit, & animã reddidit. Si
in puero quinque annorũ peccatũ illud sic vindicauit, nõ
parcet adultis, & discretis qui hoc peccatũ cõmittunt: Peccatũ
istud punitur etiã frequẽter à Deo in presenti, vel spiritualiter
vel corporaliter. Spiritualiter, quia multoties subitanea
moriũtur homines blasphemantibus assueti. vnde 1. ro. 20. Qui
dicit patri vel matri, extinguetur lumẽ eius in medijs tenebris.
Patri maledicit blasphemus, dũ domino maledicit. Matri
maledicit, dũ triumphantẽ ecclesiam blasphemat, quæ
nostra est, & ideo lux in medijs tenebris ei extinguetur, quæ
peccatis suis morietur. Peccatũ istud vix remittitur: iuxta
Mat. 12. Spiritus blasphemie nõ remittetur, id est, vix remittitur
vnde peccatũ ad mortẽ vel in mortẽ dicitur. Eccle. 23. Ex

loquela cōtraria morti, nō inueniatur in hēreditate Iacob. Promiserat author de loquela iuramēti, & subdit, Est alia loquela contraria, & c. Blasphemia cōtraria dicitur esse iuramento, quia in iuramento nominatur Deus: in blasphemia diabolus. In iuramento quando fit eō modo quo debet, honoratur Deus, quādo nomen eius ad confirmationē veritatis assumitur. In hoc enim Deus ostēditur veritatis cultor & author. In mortem verò blasphemia dicitur esse, quia frequēter moriūtur blasphemātes in peccato. Vnde blasphemī multū deberent rogare viros sanctos, vt orarent Deum q̄ sibi dimitteretur peccatū istud. Non enim impetrat quicumque remissionē huius peccati: imò oportet hominem esse magni meriti ad hoc, q̄ impetret alteri remissionē huius peccati. vnde 1. Ioan. vltim. Est peccatum ad mortem: nō pro illo dico. vt roget quis, id est, quicumque. Pœnā etiam corporali punitur peccatū blasphemix frequentius quā aliud peccatum. vnde accidit q̄ lusoribus qui Deum blasphemant, facies quandoque præposteratur. Cuidā etiam militi dum occasione ludī per oculos Dei iuraret, proprius oculus à capite exiliit, & in alearium cecidit. ¶ Secūdo pōtēst valere ad detestationē huius peccati, si ostendatur ingrātudo magna quæ est in eo qui blasphemat. Dupliciter verò ingrātus est blasphemās, & quia in mēbro illo Deū inhonorat, in quo Deus præ ceteris creaturis honorauit homines, scilicet in lingua: & quia mēbra illa infirmitatis humanæ quæ ppter salutē ipsius Deus assumpsit, ipse ad cōtumeliā Dei nominat, & ingrātus est de beneficio incarnationis, & quasi Deus nō satis fuerit affectus cōtumeliis à Iudæis, p amore ipsius, ipse adhuc contumelias supra cōtumelias addit. In hoc deterior Iudæis, quia ipsi affecerunt eū contumeliis mortale & infirmū, & in statu humilitatis, sed blasphemus Deū cōtumeliis afficit immortalē & regnātē in cælis. Iudæi aliquātulū per ignorantia excusantur. Nesciebant enim Deū esse quē cōtumeliis afficiebāt. Si enim cognouissent, nunquā dominū gloriæ crucifixissent. 1. ad Cor. 2. Blasphemus verò eū cōtumeliis afficit quem credit esse Deū. ¶ Tertio debet cohibere à peccato isto hoc, q̄ blasphem⁹ videtur esse deterior omnibus creaturis. Alię enim creaturæ Deū laudāt, & benedicūt, ostendendo eius potētā, bonitatē, & sapientiā. Nec solū Deū laudant, & benedicunt, imò etiā ad eū laudandū homines inuitāt. vnde Greg. Mirū est qualiter homo Deū semper nō laudat, cum omnis creatura semper ad eum laudandū inuitet. Vnde valde miser est homo blasphemus, qui specialiter propter hoc linguam accepit vt Deum lauda

laudaret, qui Deum non laudat, sed contra admonitionem
 eorum creaturarum eum blasphematur.

¶ *Quibus circumstantiis pateat huius peccati magnitudo.*

QUARTO debet cohibere à peccato isto, magnitudo
 peccati, quæ multis circumstantiis potest manifestari. ¶ Primo
 ex hoc, quod in isto peccato inferunt contumeliam Deo in propria per-
 sona, cui alij peccatores contumeliam inferunt in rebus suis, vel
 vel raptor contumeliam inferunt Deo in possessionibus ser-
 rum eius: homicidæ enim in seruis eius, sed blasphemus inferunt
 contumeliã in propria persona: & ideo nõ parum displicet Deo
 peccatum blasphemie. Multum displicet Principi, quando inferunt
 tur ei contumelia in subditis eius, sed amplius displicet, quod
 in eo qui est de propria familia: sed longe magis quãdo in filio
 vel in filia: sed super omnia ista quando inferunt ei contumeliam
 in propria persona. ¶ Secundo potest ostendi magnitudo huius pec-
 cati per sublimitatẽ personæ cui blasphematur. Secundo
 enim sublimitatẽ personæ, cui inferunt aliqua offensa, augmen-
 tatur culpa. Offensã magna est cum conuicti dicitur alicuius
 genis, sed maior si dicatur militi, sed longe maior si dicatur pa-
 cipi: ergo in infinitũ maior est, si in infinitũ maiori dicatur.
 de cũ in peccato blasphemie conuicti dicitur Deo, qui in
 nitum maior est omni domino terreno, peccatum illud magis
 magnum est. ¶ Tertio facit ad magnitudinẽ huius peccati hoc
 quod in peccato isto Dei contumelia principaliter intenditur. Alii
 peccatores etsi contumeliam Deo inferant, tamẽ prater intentio-
 nem & voluntatẽ illorũ est contumelia illa, & bene vellent ab-
 stinere à contumelia illa, si possent habere delectationẽ quãdam
 quærunt absque contumelia illa. Sed blasphemus in contumeliam
 prum & contumeliã Dei blasphematur, volens se vindicare de Deo
 quum tamẽ Deus sine culpa sit. ¶ Quarto facit ad detestationem
 huius peccati, peruersitas magna quæ est in peccato isto. Multi
 enim peruersi sunt homines blasphemus, qui bona quæ agunt
 attribuunt, mala verò Deo adscribunt: quum ecõtrario mala pro-
 pter culpas eorum eis eueniant, bona vero ex gratia Dei re-
 piam. ¶ Quinto facit ad detestationem huius peccati, magnitudo
 contemptus qui est in blasphemantibus, qui potest manifestari
 ex hoc quod ipsi dicunt quod non possint se à blasphemia cohibere.
 autem quæratur ab eis vtrum aliquando conuicti dixerint ep-
 scopo vel archiepiscopo, vel alicui principi: ipsi respondent
 non. Imò multi sunt qui dicerent se nunquam dixisse conuicti
 alicui gartioni, nisi ipse prius dixerit eis: & tamen non possunt
 abstinere

abstinere, sicut ipsi dicunt, ne Deo contumeliam dicant. Mira infania. potest aliquis abstinere ne dicat contumeliam gartioni nisi ipse meruerit, tamen dicit se non posse abstinere quin regi gloriæ contumeliam dicat, quum tamen ipse nunquā ei conuicium dixerit, nec aliquid mali meruerit: magis proculdubio videtur talis contemnere Deum, quā gartionem vnū. ¶ Sexto facit ad magnitudinem huius peccati hoc, quod istud peccatum est in patrem cælestem, & ideo morte dignum est. vnde Matth. 15. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Blasphemi sunt illa generatio, de qua legitur Prover. 30. Est generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit. Blasphemi etiam assimilantur Cham filio Noë, qui verenda patris fratribus suis ostendit. Propter quod filius eius maledictionem suscepit, vt legitur Genesis 9. ¶ Quarto deberet cohibere à peccato isto hoc, quod blasphemia peccatum diabolicū est, & quasi loquela infernalis, cuius signum est horripilatio quam facit istud peccatum in audientibus, vnde Eccl. 27. Loquela multū iurans, horripilationem capiri statuet, & irreuerentia ipsius obturatio autium. Vnde satis videtur quod diabolus in blasphemis loquatur, quando ex hoc audiēs horripilationem habet. Sicut aliquis à Theutonica lingua Theutonicus perpenditur: sic blasphemus ex loquela ista de familia diaboli esse dignoscitur, & ad infernum videtur pertinere. Vnde sicut dictum est Petro Matthæi 26. Vere tu ex illis es, nam & loquela tua manifestum te facit. Sic potest dici de blasphemio. Verè tu de inferno es: nam & loquela tua manifestum te facit. Illi qui in inferno erunt, blasphemabunt Deum propter magnitudinem doloris. vnde Apoc. 16. Blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis. Sicut filij Dei assuescunt benedictioni & laudi diuinæ, volentes addiscere officium in terris quod facturi sunt in cælis: sic filij diaboli assuescunt blasphemis addiscentes in mūdo isto officium quod facturi sunt in inferno. ¶ Sexto deberet cohibere à peccato isto hoc, quod blasphemia Dei conuicium est dictū ei à proprio seruo illius, & ideo nō de facili consequitur homo remissionem huiusmodi peccati, vnde Eccl. 22. Mittens lapidē in volatilia, deiiciet illa: sic & qui conuiciatur amico, dissoluit amicitiam. Ad amicū etsi produxeris gladium, nō desperes: est enim regressus ad amicū. Si aperuerit os triste, ne metuas: est enim cōcordatio excepto cōuicio & improprio, & superbia, & mysticij reuelatione. Ad literam, nobiles post magnas guerras postquam in bello se læserint, amici efficiuntur. Si quis autē conuiciū aliquod

aliquid dixerit eis, toto tempore vitæ suæ memores sunt conuicij illius. Si conuicium vnum dictū alicui cum tanta diffinitate à corde illius recedit, quantum timere possunt illi qui in gloria toties conuiciati sunt? Qui delectantur Deū blasphemando, Iudæis deteriores videntur, qui in consuetudine habebant audita blasphemia aures obstruebant sibi. vnde super illud Mat. 7. Continuerunt aures suas, dicit interlin. ne blasphemiam audirent. In signum etiam doloris scindebant vestimenta sua. super illud Mat. 26. Tunc princeps sacerdotum scēdit vestimenta sua, dicit glos. Mos est Iudæorum, cum aliquid blasphemiam audiunt, scindere vestimenta sua. Canibus etiam peiores videntur. Canis enim non mordet dominum suum, nec dilacerat, verò dilacerant dominum, dum Deum blasphemant. Ipsi ore quo vinū à Deo creatum biberunt, incontinenti eum mordent, & contumeliis afficiunt, similes canibus rabidis, qui panem quæ sibi panem porrigit, mordent. Maius etiam peccatum videtur esse blasphemia, quàm hæresis. Hæreticus enim contumetur de Deo, quæ credit esse vera: blasphemus verò contumetur conscientiam suam de Deo dicit quæ scit non esse dicenda.

Quàm culpabiles sint, qui blasphemos tolerant, cum possint prohibere.
 Nō est solum blasphemus culpabilis sunt apud Deū, sed etiam illi qui tolerant peccatum istud, cum prohibere possint: vt pater & mater, qui non corrigunt filios suos blasphemantes, & quandoque hac de causa amittunt eos. Dominus enim eos in celum mittit, vt patet ex eplo Gregorij prius posito in eodem cap. Similiter illi culpabiles sunt qui permittunt contumeliā Deo fieri in domibus suis, cum prohibere possint. Nullus homo timens Deum,mitteret alicui, quem sanctum crederet, contumeliā inferri in domo sua, ex quo posset hoc prohibere. Quanto magis tolerare non debet, vt contumelia creatori suo inferatur in domo sua, quo potest prohibere: Vix possunt homines sustinere, quod eis conuicium dicatur patri suo vel domino terreno. Quomodo ergo possunt hoc sustinere de patre suo cælesti? Nūquid culpabilis esset, qui permetteret in cellario suo templū alicui danti fieri, & in ipso sacrificari? Nōne taberna in qua Iudæi blasphemantur, verè diaboli templū est, in quo Deus inhonoratur & diabolus honoratur? Quomodo ergo potest sustinere hoc qui fidem veram habet? Domini etiam culpabiles sunt, qui in templis sua talia permittunt fieri. Sicut illi culpabiles sunt, qui in templis sua paganorū idololatriā tolerant. Blasphemia etiā idololatriæ deterior esse videtur in hoc, quod idololatria honorem suū

Deo: sed blasphemia non solū honorem aufert, sed contumeliā infert. ¶ Magna perversitas est principum, qui bona subditorū suorū accipiunt, quando Deus hoc prohibet: quando verò possunt accipere ad honorē Dei, & salutē animarū nolunt. Domini enim possent pœnā pecuniariā imponere meritoriē illis qui blasphemant. Non sunt etiā sine culpa qui locāt eis taxillos, & similia, & qui assistunt ludentibus vel blasphemantibus, quasi velint habere de fœtore blasphemantium, Iudæis deteriores, in hoc q̄ Iudæi obturant aures suas audita blasphemia, & signa doloris ostendunt. Et, vt breuiter dicā, in hoc distinguī possunt filij Dei à filiis diaboli, q̄ filij Dei nō possunt tolerare q̄ pater eorum à blasphemantibus sagittetur. Filij verò diaboli non curāt quando vident Deum ita sagittari. Quod tali exemplo potest ostendi. Fuit quidam vxorem habens, & ex ea tres filios, secundū opinionem suam. Cui vxor eius cū quadam die litigaret cum eo, obiecit, q̄ ipse credebat habere tres filios, sed vnus tantum erat suus. Requisiuit verò ab ea qui suus esset, noluit ei indicare. Deinde cū pater infirmaretur ad mortem & vxor defuncta esset, ipse faciens testamentum omnia dimisit illi qui filius suus erat. Post mortem verò eius contentio facta est inter illos tres, quos ipse tanquā filios suos nutrierat, cuius esset hæreditas. Qui liber enim dicebat quod ipse filius erat, & q̄ sua debebat esse hæreditas, vnde cum delatum esset ad iudicē, præcepit iudex vt pater mortuus alligaretur ad arborē, & ille qui directius sagittā in eum mitteret, hæreditatem haberet. Vnde alligato patre ad arborē, duo ex illis sagittauerunt eum. Tertius verò videns patrem suum sagittari, offensus est vltra modū contra alios duos, & dixit quod patrem suum nullo modo sagittaret. Ex quo cognitum verè est, q̄ ipse filius erat ipsius, & data est ei hæreditas. Simile iudicium fecit Salomon 3. Reg. 3. de duabus mulieribus quæ litigabant de puero vno. Illā enim perpendit esse matrem, quæ non potuit tolerare pueri interfectionem. Sic filij Dei non possunt tolerare quòd blasphemantes patrem eorum sagittent.

¶ De duplici blasphemia, scilicet oris & cordis.

Et notandum q̄ duplex est blasphemia. Quædam est oris, & quædam est cordis. De blasphemia cordis legitur in Vitis patrum, q̄ quidā frater impugnabatur spiritu blasphemix, & cum sape pergeret ad senes, & ad abbatem Parmenem pro cura illius, & non aperiret causam, abbas Parmenes videns eum habere cogitationes blasphemix, dixit, Quid habes? At ille aperuit quòd impugnaret eū spiritus blasphemix. Et statim vt aperuit, apparuit

apparuit impugnatio leuior. Cui abbas Parmenes. Quādo cogitatio te arripuerit, dic: Ego causam non habeo, blasphemia tua sit super te, o fatā. Hāc enim causam anima non uincit. In uerbis duplex causa, propter quā nō fit tantū peccatum in hac blasphemia, sicut multi credūt: nō enim habet delectationē cogitatio blasphemiae propter quā ipsa placeat homini, sed uehēmēs timor offensa diuinā adducit cogitationes tales. Sicut homini timido in tenebris existētī & solitario, uelut nō adducit timor terribilia ad cor suū, & nimius amor quē habet mater ad filiū, adducit ei memoriā ipsi⁹ quādo defunct⁹ est, & cet etiā ipsa nolit. Præterea diabolus, quā scit quod displicet uirō suo cōuiciū, & cōtumelia Dei, interdū loquitur cōuicia Dei in homine, ipso homine audiente: & blasphemia illa diaboli est, non hominis, & meretur homo in hoc, quod displicet illi blasphemia illa, & hæc duo insinuantur exemplo prædicto, cum dicitur blasphemia tua: & cum dicitur. hanc enim causam anima nō vincit. Summū autem remedium contra uicium hoc, est occupatio quæ animū impleat, & contemptus blasphemiae talis. Debet enim homo parum appretiare cogitationes tales.

De peccato murmuris. & ordine dicendorum de eo. & de his quæ faciunt ad eius detestationem CAP. II.

Sequitur de peccato murmuris. Est autē murmur, oblectatio in debito modo facta contra Deum uel factū alienius. Specialiter autē dicemus de murmure quod fit cōtra Deum, uel cōtra eū qui est loco ipsius. Dicemus autē hoc modo de hoc peccato. ¶ Primo ponemus ea quæ possūt ualere ad detestationē ipsius. ¶ Secundo tangemus diuersas diuisiones murmuris. ¶ Tertio rō specialiter agemus de murmure claustraliū. ¶ Quarto uerba remediū contra peccatū murmuris. ¶ Ad detestationē uel oblectationis peccati possunt ualere uerba sacrae scripturae quæ dissuadent nobis hoc peccatū, ut est illud Sap. 1. Custodite uos a murmuratione quæ nihil prodest. Murmur quod fit cōtra ea quæ Deo dantur, nihil prodest homini, imō plurimū nocet. Nō enim propter murmur cessat tribulatio: sed quod potuit esse meritorium, propter murmur fit demeritorium. Inquinatur homo uñ debuit emendari, & destruitur unde debuit emendari. unde. Destruisti eum in emendatione, uel emendatione. Itē Job 6. Nolite murmurare contra eū. & 1. Cor. 10. Neque murmuraueritis. & ad Phil. 2. Omnia ueritate sine murmurationibus. & 1. Pet. 4. Hospitales inuicē sine murmuratione. ¶ Secūdo possunt ualere ad detestationē hui⁹ peccati, exēpla. Ut est exēplū Christi, de quo Esa. 53. Quasi agnus

ram tondente se, obmutescet; & exēpla sanctorū, de quibus can-
tat ecclesia, Non murmur resonat, non querimonia: & iterum,
Ecce homo sine querela, & Sap. 8. Propterans homo sine quere-
la deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutū oratio-
nem, & per incensum deprecationē allegās, restitit iræ, & Lucæ
1. legitur de Zacharia & vxore sua, quod erant iusti ambo ante
Deum, incedentes in omnibus mādatis & iustificationibus Do-
mini sine querela. ¶ Tertio potest valere ad detestationē huius
peccati hoc, q̄ murmuratores maledicti sunt. Vnde Eccles. 28.
Sufurro & bilinguis maledictus. Multos enim turbauit, pacem
habentes. ¶ Quarto potest valere ad detestationem huius pec-
cati hoc, q̄ murmuratores odibiles sunt Deo. Vnde ad Rom. 1.
Sufurrones & detractores Deo odibiles. ¶ Quinto potest valere
ad detestationem huius peccati hoc, q̄ nescimus quid nobis
magis expediat. Alicui enim magis expedit aduersitas quam
prospertitas: ideo nullus de aduersitate murmurare debet. Vnde
Eccles. 39. Nō est dicere, hoc melius illo est. Omnia enim tēpore
suo cōprobabuntur. ¶ Sexto potest valere ad detestationē huius
peccati hoc, q̄ quum simus filij Dei, & ratione creationis & re-
demptionis, ideo nō debemus murmurare quicquid placeat si-
bi facere de nobis. Bern. Iuste sibi vēdicat meam vitam, qui pro
mea posuit suam. Apost. Rom. 14. Siue morimur, siue viuimus,
Dñi sumus. Idem: Empti estis pretio magno, gloriificate & por-
tate Deum in corpore vestro. 1. ad Cor. 6. Aug. Scit celestis me-
dicus quid nobis daturus sit ad consolationē, & quid subtractu-
rus ad exercitationē. Nō enim homo sine causa iumento suo ci-
baria detrahit. & Esa. 45. Væ qui cōtradicit factori suo, & post,
Nunquid dicit lutū figulo suo, quid facis? & 29. Peruersa est hæc
cogitatio, quasi lutū contra figulū cogitet, & dicat opus factori
suo, Quid fecisti me? ¶ Septimo potest valere ad detestationem
huius peccati vindicta quæ Dominus legitur sumpsisse de pec-
cato isto. legitur Num. 12. quod Maria soror Moyſi lepra per-
cussa est, propter peccatū murmuris. Propter peccatū illud Da-
than & Abirō à terra sunt absorpti, vt legitur Num. 16. & Core
igne cōsumptus est: vt legitur ibid. Propter peccatū etiam istud
misi Dñs ignitos serpentes in filios Israël. Propter peccatū
istud maior pars filiorum Israël in deserto periit. vnde Num. 14.
Omnes qui numerati estis à xv. annis & supra, & murmurastis
cōtra me nō intrabitis terrā super quam leuaui manum meam
vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Iosue
filium Nun. Murmurante etiā populo contra Dominum de la-

bore, ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem, legitur Num. Et, uti breuiter dicam, sicut dicit auctoritas, Nere Deū magis offendisse dictus est populus ille, quam murmurando. De pœna etiam murmurantium in futuro, dicit Ioh. epistola sua: Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes. Et præmittit pœnam, dicens: Quibus pœcella tenebrarum seruata est. Grego. Regnum caelorum nemo qui murmurat, accipit: nemo qui accipit, murmurare potest.

¶ De tribus diuisionibus murmuris.

SEQUITUR de diuisionibus murmuris. Quarū tres potest sufficiat. ¶ Prima talis est. Est murmur inuidiæ, murmur depebiæ, murmur auaritiæ, murmur impatientiæ, murmur sanæ conscientiæ. De primo sic legitur Matt. 20. Et accipientes, murmurabant aduersus patrē familias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pœdus & aestus. De secūdo legitur Luc. 7. Vidēs Phariseus, qui vocatrat eū, ait intra se: Hic si esset, ppheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tægit eū, quia peccatrix est. De tertio legitur Ioan. 12. Quare hoc unguentum non venditur trecentis denariis? De quarto Num. 11. Ortum est murmur populi, quod dolentium pro labore, contra dominum. Quintum murmur, quando aliquis murmurat de hoc quod aliquis iniuste vituperat eum ad hoc quod contra Deum est. Et illud murmur videtur esse significatū per murmur asinæ murmuratis cōtra Balaā. De qua legitur Num. 22. Apertit Dominus os asinæ, & locuta est, Quid feci tibi? cur percutis me? Ecce iam tertio videtur cogere Balaā asinā ad id quod erat cōtra Dñi voluntatem. Ad hanc speciem pertinet murmur conscientiæ murmuratum contra peccatum. ¶ Item potest diuidi murmur in murmur bonis quæ conferimus, & murmur de illis quæ sustinemus. Primum murmur dissuadetur Eccl. 18. vbi legitur, In bonis ne querelam, & in omni dato ne des tristitiam mali verbi. De murmore legitur Eccl. 10. Vir prudēs & disciplinatus non murmurabit correptus. Prudēs est qui futura præuidet, scilicet pœnia & tormēta, & talis, nō murmurat de flagello. Libētis virgā tolerat quæ à gladio pœnæ æternæ eū cōseruat. Patiens etiā ab eo sustinet flagellari, quo caelestē hæreditatē expectat. Disciplinatus etiā quod circa utilitates tribulationū est instruitur, similiter non murmurat de correctione. ¶ Tertia diuisionem murmuris est in murmur cōtra Deū, & murmur contra proximum. Murmur vero cōtra Deū multiplex potest esse: sicut de inuidia

care, vel de paupertate, vel de tēporis importunitate, vel de pſperitate malorū, & de aduerſitate bonorū, & ſimilibus: Valde fatuū eſt murmurare de infirmitate, cū vtilior ſit frequētius infirmitas, quā ſanitas. Vnde in Vitis patrū cū quidā pereret à Ioāne eremita, vt à terriana ſanaretur: ipſe reſpōdit, Rē neceſſariā tibi cupis abiicere. Vt enim corpora intus, ita animā lāguoribꝫ purificātur & caſtigationibus, & tamē poſtea dedit ei oleū benedictū, & ſanatus eſt. Itē quidā miles rogauit quēndā ſanctū virum, vt à morbo liberaret eū precibus ſuis. Sed audito ab eodē qꝫ melior eſſet in ægritudine quā in ſanitate: dixit vir ſanctus, Oro Dominum vt ſeruet te in ſtatu, in quo magis humiliēris.

¶ Fatuū etiā eſt de paupertate murmurare, cū ſciamus pauperes electos eſſe ad regnū aternū. Iac. 2. Nōne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni? ¶ De importunitate etiā temporis fatuū eſt murmurare. Et propter hoc qui facit, nunquam pacē habebit, Vnde Iob 9. Quis reſtitit ei, & pacem habuit? & propter hoc quia Deus ſcit melius quid expediat mūdo, quē ipſe habet regere, quā alius, & quandoqꝫ expedire videntur quæ nō expediūt. Vnde quidam eremita ſeminauerat olera, & viſum eſt ſibi pluuiā neceſſariā eſſe oleribus ſuis, & petiit à Deo, & obtinuit. Deinde viſum eſt ei ſerenitatē neceſſariā eſſe oleribus ſuis, & petiit, & obtinuit: & vt breuiter dicam, tale tēpus dedit ei Dominus quale voluit, & tamen nec vnū olus de terra exiuit: qui credens vniuerſalem defectum olerū in anno illo, patienter ſuſtinuit. Sed cū declinaſſet ad domum eremite alterius, & pulcherrima olera ibi vidiffet, multū admiratus eſt. Et enarrauit eremite illi quæ ei acciderant. Cui eremita reſpōdit: Meritō hoc aduenit tibi: putabas te ſapientiorē Deo, qui ei indicabas quid facere deberet. Ecōtrario verō magnæ pacis occaſio eſſet, & quandoqꝫ etiam magnæ abundantia bonorū temporalium, ſi quis voluntatem ſuam in talibus voluntati diuinæ conformaret. Vnde refertur de quodam agricola, qꝫ ſemper habebat in agris & vineis ſuis vberiores fructus quā alij. Et cū requireretur à vicinis quare hoc eſſet: reſpōdit, nō eſſe hoc mirū, ſi fructus vberiores haberet, cū ſemper haberet tale tempus, quale ipſe vellet. Super quo cum alij mirarētur, & inquirerent quomodo hoc eſſet: Reſpōdit, Ego nunquam volo aliud tempus habere quā Deus veſit, vnde cū tale ſit tempus, quale Deus vult, ſemper habeo tale quale ego volo. In pace magna erat vir ille, quia voluntatē ſuā cōformauerat voluntati diuinæ. Et propter hoc bonorū tēporaliū habebat.

bar abundantiam. Cum artifices ita offendi soleant, quando
struuntur in operibus in quibus ipsi periti sunt: non est mirum
si multum Deus offendatur, quando de operibus suis ita à quibus
cunque diiudicatur. Non est aliquis artifex, qui non offendatur
tur ultra modum, si de operibus suis tantum diiudicaretur, sicut
iudicatur de operibus Dei. ¶ De prosperitate verò malorum
aduersitate bonorum, multum videtur murmurasse sancti. Vnde
Iob 21. Quare impij viuunt, sublimati sunt, confortatiq; super
uitijs, &c. Iere. 12. Quare via impiorum prosperatur, bene est
nibus qui prauaricantur, & iniquè agunt? Et in Psal. Mei autem
moti sunt pedes, quia zelauit super iniquos pacem peccatorum
videns. Et Habacuc 1. Quare respicis contemptores, & facies
cuculcate impio iustiore se? Et in Psal. Usque quo peccatores
mine, usque quo peccatores gloriabuntur? Et Malac. 3. Vanus est
qui seruit Deo: & quod emolumentum, quia custodimus pre-
cepta eius? Sed cessat murmur illud, si quis respiciat causas
quare hæc fiat. Fidelis medicus ægro desperato vniuersa con-
dit quæ ipse appetit. Ægro verò, de cuius salute spes habet
multa negat. Sic Dñs reprobis abundantiam bonorum temporaria
tribuit, vt si qua bona egerint, in mundo isto mercedem recipiant.
Et secundum Greg. Ille successus bonorum temporalium signum est
æternæ reprobationis. Similiter secundum Greg. mactandi vituli
in liberis pascuis relinquuntur, seruandus iugo premitur: ita nulli
per amœna prata ad foueam, bonus per aspera ad patriam vituli.
Omnia mala pœnæ sine murmure toleranda sunt, quia iusto Deo
iudicio & ordinatione eueniunt. E ecl. 8. Non iudices cõtra
dicem, quoniam secundum quod iustum est iudicat.

¶ De murmure claustralium.

SEQUITUR de murmure claustraliu. De quo specialiter
rangemus, quia hoc peccatum multum infestat claustrales. Peccatum
murmuris quoadmodum fuit Iudæorum, sed modo dicitur esse monachorum.
choru. Notandum ergo, quod claustralis murmuratio de cibo vel potu
deficit in ipso principio belli spiritualis. Principium belli spiri-
tualis est cõtra gulam. Vnde sup Mat. 4. dicit Glo. In pugna
si prius cõtra gulam agitur: quia nisi hæc prius refragetur, cõtra
stra cõtra alia vitia laboratur. Talis claustralis in primo cõtra
stru dicit vltimū verbū siue malū verbū, ab ancilla deuictus, et
ne scilicet. Quod magna vilitas est. Hiero. Nihil vilius quam
carne vinci. Cũ de viro iusto cõteretur: Ecce homo sine querela
verus Dei cultor. De tali claustrali dici potest: Ecce homo
nus querela, vëtris sui cultor. Tales enim nõ Dño Iesu Christi

sed ventri suo seruiūt, secundū verbū Apost: ad Rom. 16. Ipsi de ventre suo Deū fecerūt, iuxta illud Philip. 3. Quorsū Deū vētes est. Dum verò mutatur p̄fetur; quali pater noster, Deī sui, scilicet ventis, dicit. Ipsi etiā vasa vacua à gratiā Dei se ostendunt, dum intus in eis resonat, & dum ad ignē tribulationis crepat, satis apparet q̄ aqua diuinā gr̄atiā in eis nō sit. Ad literam: olla vacua ad ignē crepat, & doliū vacuū multum resonat, pleniū verò nō sic. Isti enim debēt domino escam apponere cū gr̄atiā falsa hilaritatis. Hilarem enim datorem diligit Deus, iuxta verbū Apost. 2. ad Cor. 9. Ipsi fel mutati in escā eius ponūt pro falsa, vt verē Dominus possit de eis dicere: Dederūt in escam meam fel, quasi nō legerint de Domino, q̄ cū gustasset acerum felle mistum, noluit bibere. Tales respiciunt retro sicut vxor Loth, & in statuam salis vertuntur. Statua videtur esse homo, & non est sic. Tales videntur monachi esse; & non sunt. Vnde Pastor in Vitis patrū: Qui querulosus est, monachus non est. Claustralis murmurās, est rota nō bene vncta vnctiōne gratiā, & ideo murmurat sicut rota cārrī. Vnde Ecclesiā. 33. Præcordia fatui quasi rota cārrī. Claustralis etiam murmurans omne bonum claustrī dat pro modico fœni ad opus iumentū sui. Omne bonū claustraliū est pax. Vnde super illud; Pax super Israël dicit expositō, omne bonum vno verbo dixit. Claustralis etiam murmurās intromittit se de hoc quod ad ipsū nō pertinet. Ipse enim iam suus nō est, sed Dei vel abbatis sui. Nec solū Dei est ratione creationis vel redēptionis: sed etiam ratione suā redditionis. Vnde quādo se intromittit de se, de re aliena se intromittit. Vnde Bern. Qui curam vestri semel nōbis cōmissistis, quid adhuc vos de vobis intromittitis? Claustrali murmuranti dicit Dominus illud Ioan. vlt. Quid ad te: tū me sequere. Claustralis etiā murmurans, authoritate propriā vult dispensare sibi de cruce religionis, quam assumpsit, contra omnia iura. Bernar. Suspecta est mihi, fateor, tua ipsius dispensatio, & vereor tibi illud sub tegmine & nomine discretionis à carnis prudentiā. Claustralis etiam murmurās Christo postposito, discipulus factus est Galeni. Vnde Bernar. Dominus docet perdere animas, Galenus & Hypocrates saluate: cuius consilio potius acquiesces: aut cuius vis esse discipulus? Idem: Puta te quæso monachum, nō medicū: nec de cōplexione iudicandū, sed de professione. Claustralis etiam murmurans, quēdam cæcū qui eum in foueam multoties præcipitavit, ducens sibi constituit. Iste cæcus est proprius sensus, qui in foueam peccati mul-

roties præcipitavit, quem tamē adhuc vult sequi. Talis claustralis ad Deum tergum vertit, & ad iumentum suū faciem, potius eligens voluntatem facere sui corporis, quā Dei. Ipse etiā vult æquē abundanter victū & vestitum habere in præsentī, sicut illi qui nullam aliam retributionē expectant in futuro, quasi pro nihilo reputet terram desiderabilem quæ ei pro mercede data est, cum tamen consuetudo communis habeat, quod operariis, quibus magna merces soluitur, in vespere de victu nō provideatur: aliis autem, quibus alia merces in vespere non soluitur, provideatur. Mirari debent qui vident claustralem murmurantem, quasi si viderent iumentum loqui, cum claustralis iumentum debeat esse, iuxta illud, Vt iumentum factus sum apud te. Vnde cū quidam volens ingredi religionem, quæretet à beato Bernardo, quid sibi maximē esset necessarium: ipse dixit eis. Vis esse asinus? Illo quærente, quomodo posset hoc esse: respondit, Qui vult esse in religione, debet quodlibet opus sibi iniunctū facere, indifferenter comedere. & is est modus asini. Sed in quibusdam claustris ad eō assueti sunt huic monstruositati, quod nō paucis cum audiūt claustrales murmurare. Sicut dicitur de Balaam, quod ad eō assuetus erat monstris, quod nō expauit ad vocem asinæ. In hoc casu videtur claustrali licitum murmurare, quādo scilicet præcipitur ei aliquid voluntati diuinæ contrarium. In simili etenim casu asina Balaam murmurauit. Item cum murmur sit loquax veteris hominis, vetus autem homo mortuus debet esse in claustris: mirandum est de murmure claustralium, ac si mortui homines loquerentur. Claustralis debet esse mortuus mundo, & iā habet sudarium indurum. Habitus enim claustralium sudarium eorum est, cum in eo sepeliantur. Monachi etiam cum benedicuntur, non debent loqui per nouem dies, in signum quod mortui sunt: ideo murmur omnino longe debet esse à claustralibus, quicquid eis fieret, sicut à mortuis hominibus.

¶ De quatuor remediis contra peccatum murmuris.

SEQVITVR de remediis cōtra peccatum murmuris. Et possumus contra hoc peccatum quatuor remedia assignare. Primum est exemplum Christi. Vnde August. Omnia terrena contempnit homo Deus, vt ab omnibus contemnenda mōstraret, & omnia aduersa sustinuit, vt sustinenda doceret, vt nec in illis quæreretur felicitas, nec in istis timeretur aduersitas. Secundum remediū est, quod homo cogitet murmur quod sit de malo pœnæ alicui illato, murmur esse contra Deum, cū omne malum pœnæ à Deo sit. Vnde Exo. 16. Non cōtra me murmur est istud. Sed

sed contra Dominum. Et Num. 14. vsquequo multitudo pessima
 murmurat contra dominum? Ideo quicquid infertur à persecu-
 toribus, patienter tolerandum est, & potius debet homo habere
 ocalum ad Deū, qui habet persecutorem in manu sua, quàm ad
 ipsum persecutorem. Cuius formam dedit nobis Dominus in
 cruce, quando dimissis persecutoribus dixit: Deus meus, Deus
 meus, ve quid deliquisti me? Mat. 27. Vnde super illud, Timeat
 dominū omnis terra. dicit Aug. Si creaturæ sequant, Deum timeat,
 non illas: quia omnia sub ipso sunt. Item gl. Cupiditatem nocē-
 di per te habes, potestatem autem nocendi, si ille non dat, non
 habes. Ideo Deus homo ante hominem stans ait Ioā. 19. Non ha-
 beres in me potestatem, nisi esset tibi datum desuper. Nec etiam
 ipse diabolus vel vnam ouiculam potuit tollere viro sancto Iob
 nisi prius diceret, Mitte manum tuam: hoc est, da potestatem.
 ¶ Tertium remedium est, quod homo cogitet intentionem, qua
 Deus permittit filios suos aduersitatibus flagellari. Qui enim ma-
 gnum amorem cogitaret, ex quo dominus filios suos flagellat,
 ipse non murmuraret. Vnde Greg. Ille solus de flagello murmu-
 rat, qui causam percussoris ignorat. Et Apo. 3. Ego quos amo, ar-
 guo & castigo. ¶ Quartum remedium & præcipuum est gratia
 Dei. Cum enim murmur provenit ex defectu celestis vnctionis
 in corde hominis, summum remedium est postulare vnctionē
 celestis gratiæ, vt faciat murmur istud cessare, & non vnctionē
 carnalis voluptatis, quæ licet ad tempus murmur cessare faciat,
 tamen in posterum magis reddit querulosum. vnde ab Heb. vlt.
 Optimum est gratia stabilire cor, nō esse, quæ non profuerunt
 ambulanti in eis. Aequè de facili posset homo impetrare à
 Deo gratiam per quam talia contemneretur, si quis ex corde eā
 peteret, sicut ab homine ea pro quibus murmurat. Sen. Quare
 potius impetrem à fortuna quod det, quàm à me ne petam?

*De defensione proprii peccati, & de his qua possunt valere ad eius
 detestationem.*

CAP. III.

Sequitur de tertio peccato linguæ, scilicet de defensione pro-
 prii peccati, quo vitio multum laborat hominum genus, &
 figuratum est Ge. 3. vbi legitur de parentibus nostris, quod cum
 cognouissent se esse nudos, cōsuerunt folia ficus, & fecerunt sibi
 petizomata. ¶ Ad detestationē huius peccati, Primo possunt va-
 lere verba sacre scripturæ dissuadentia illud ad Rom. 12. Non
 vosmetipsos defendentes charissimi. Et super illud, Nolite exal-
 tare cornu, dicit Gl. Si iam fecistis iniquitatem per cupiditatē,
 non defendatis per elationem: ¶ Secundo possunt facere ad hoc

exempla sanctorum, qui culpabiles se agnoscunt, vbi erit culpabiles non sunt. Greg. in arum merum: vbi culpam agnoscit, vbi culpa non est. Prouerbio. 18. Iustus prior est sui accusator. Gen. 27. Iacob qui lenis erat, iuda colli & manus pellibus hinc nis textit: in signum, quod vir iustus etiam innoxens sit, peccator tamen se deo reputare. Et Genes. 44. Scypho invento in sacro Benjamin, iudas qui tenet figuram confessionis, accusauit se sine culpa esset de illa re, dicens ita: Quid respondebimus domino nostro, &c & subdit: Deus inuenit iniquitatem seruorum suorum. Ille etiam qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, signa peccati habere voluit. Voluit enim circumcidi, & cum iniquis reputari. Tertio potest valere ad hoc, si ostendatur quanti meriti sit humilis confessio & accusatoria. Vnde Grego. Non minus admittor humillimam confessionem peccatorum, quam sublimia gesta virtutum. Item in Psal. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Prouer. 15. Responsio mollis frangit iram. Mollis responsio, est sui ipsius accusatio, quae multum frangit iram Dei. Item super illud, In iustitias meas non abscondi, &c. dicitur. Quando homo defegit, Deus regit: cum homo tegit, Deus trahit eum homo agnoscit, Deus ignoscit. Item latro regnum in caelis meruit, quia se accusauit. Vnde Augustinus loquens de illo verbo. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei, dicit: Latro in cruce quare meruit? quia illam viam tenuit, vbi ostenditur salutare Dei, a qua tibi pes non erexit. In eo enim quod se accusauit, Deum laudauit, & super illud. Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo propexerit. dicit Augustinus, quasi diceret Deus, arcamus ei, quia non parcat sibi: ignoscamus ei, quia non ignoscit sibi. Quarto, potest valere ad detestationem huius peccati hoc, quod peccatum istud multum impedit peccatorem: non enim vult Deus a peccatis suis liberare illum qui defendit ea. vnde Augustinus: Tu factus es peccati tuus defensor, quomodo erit Deus liberator? Vt sit ipse liberator, & tu esto accusator.

De stultitia illius, qui peccatum suum defendit.

QVINTO potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur multiplex eius stultitia, qui peccatum suum defendit. Et primo stultus est talis, quia ipse defendit pessimum hostem quem habet. Peccatum ostenditur esse pessimus hostis, quem homo habeat, ex hoc quod nullus alius hostis, nec homo, nec diabolus potest nocere homini, si ab hoc hoste sibi cauerit. Grego. Nulla

Nulla enim nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. ¶ Secundo vero stultus est, qui defendit peccatum suum: quia cum abyssus miseriæ abyssum inuocet misericordiæ, ipse debuit misericordiam suam plenè exprimere, ut amplius misericordiam Dei posset mouere: ipse vero miseriã attenuat, quasi nolit quòd miseria sua misericordiam Dei moueat. Non sic faciunt pauperes qui eleemosynas volunt impetrare, imò paupertatem & infirmitatem, si quã habent, hominibus denudant. ¶ Tertio, stultus est, quia non vult manifestare in curia misericordiæ peccatũ suum, & reteruat illud in foro iustitiæ, vbi manifestabitur ad penam quod non vult manifestare ad veniam. ¶ Sexto, potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur in illis magna peruersitas qui peccata sua defendunt. Peruersitas vero eorum patet ex hoc, quòd illud quod Deus persecutus est vsque ad mortem propriam, scilicet peccatũ, sicut ostensum est in principio Summæ, ipsi defendere volũt ad læsionem propriæ conscientiæ, & vsque ad offensam: cum tamen omnes creaturæ peccatum debeant persequi tãquam opus diaboli, & tãquam illud quod solum indecens est, in mũdo isto. ¶ Septimo, potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur ingratitude eorum, qui peccatum suum defendunt. Ingrati vero omnes tales sunt Dei misericordiæ & bonitati, dum beneficium ipsius volunt attenuare. Bonitatis diuinæ beneficium attenuat, qui culpam suam diminuendo beneficium remissionis quodam modo diminuit. Vnde in Sp̃ritum sanctam videtur peccare, cui bonitas attribuitur. Ad detestationem etiam huius peccati potest facere hoc, quòd illi, qui peccata sua defendunt, in culpa sua ipsum Deum inuoluere volunt. vnde super illud Gen. 3. Vocem tuam audiui in paradiso. dicit Greg. Proprium est, peccantibus Deo velle attribuere. vnde accusantur, quòd inde est, quia sic peccauit homo, cũ vellent esse par Deo, liber scilicet sicut ille ab omni dominio: quoniam ergo illi in maiestate esse non potuit, in peccato sibi parem cum facere contendit: imò vult eum ostendere nocentem, se autem innocentem & super illud: Nolite inique agere. dicit glossa: Malum est peccare, & peius est perseuerare, perniciosius est, in Deum defendendo culpam suam proicere. Ad detestationem etiam huius peccati videtur facere, quòd Dauid videtur specialiter petere custodiam ori suo, propter peccatum istud. vnde in Psal. Pone custodiam ori meo, & subdit: Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Non declines, id est, declinare non permittas. Excusationes vero in

peccatis dicuntur verba malitię: vel quia sunt contra bonitatem Dei, dum beneficium Dei volunt attenuare: vel quia ille qui excusat se, Deum vult infamare; dum culpam suam in Deum vertitur refundere: vt Adam Genes. 3. quando dixit domino: Malum quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Quia ipse defendit quod omnes persequi deberent, peccatum scilicet.

¶ De diuersis modis excusandi peccatum.

Et notandum quod multis modis solent homines peccatum excusare vel defendere. Alij propter infirmitatem carnis contra illud Eccl. 5. Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam. Alij multitudine peccantium, iuxta illud Eccl. 32. Peccatum homo vitabit correctionem, & secundum voluntatem suam ueniet comparatione. Illis vero, qui se excusant in multitudine peccantium, dici potest illud: Non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. Imo maior ignis erit secundum quod plura ligna erunt in igne: quia secundum ligna syluę exardescet ignis, vt legitur Eccl. 28. Contra hunc modum excusationis est illud Eccl. 33. Non sequeris turbam ad faciendum malum. Turbam sequitur qui eam imitatur. Et Ecc. 7. Ne pecces in multitudine ciuitatis. Alij vero excusant se per nobilitatem suam, qui magis de decus faciunt nobilitati suę, quando rei vilissimę & immundissimę de ea scutum faciunt. Immundissima res est peccatum. Turpius est nobilitate sua peccatum defendere, quam si alius miles clypeo suo vile sterquilinum protegeret. Alij vero excusant se per inuentum suam, qui videntur dicere, quod inuentum suam a diabolo teneant, cum credant diabolo in inuentum esse seruendum.

¶ De peccato periurij, & de duabus speciebus eius. CAP. 111

Equitur de peccato periurij. Et notandum quod duę sunt species periurij. Vna est iuratio peruersa, alia est iuramentum transgressio. Ad derestationem vero secundę speciei periurij notandum est quod ille qui iuramentum licitum facit, ipse quale laqueum ad collum suum ponit. iuxta illud Prover. 6. In laqueum es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Quādo vero iuramentum licitum transgredieretur, ipse laqueo illo quale in manibus se strangulat. Potius expediret ei quod solummodo irritus esset, & quod laqueo ad collum suum posito ipse strangularetur, quam quod iuramentum licitum transgredieretur.

¶ De duodecim qua debent retrahere hominem a peccato periurij.

De alia verò specie iuramenti notandum, q̄ xxi. sunt quæ
 deberent homines cohibere à peccato illo. ¶ Primum est, quòd
 ille qui scienter peierat, in primo periurio suo manum illà dia-
 bolo dat, qua ipse tangit Euangelium, vel qua tangit manum
 illius cui iurat, & donec ipse pœniteat de periurio illo, manus
 illa diaboli est, & quodocunque se manu ista signat, hoc facit
 manu diabolica, & cibus, quem manu illa signat, manu diaboli
 signatur. ¶ Secundum est hoc, quia cum alia peccata fugiant, &
 quasi timeant res sacras, peccatum periurij non timet eas, sed il-
 lis appropinquat. Si quis vult fornicari, si est intra ecclesiã, ipse
 exit inde, si est in cœmeterio, ipse exit inde, si propinquus est
 cœmeterio, vel ecclesiã, elongat se ab eis. Ille vero qui vult pe-
 ierare, intrat ecclesiã, si ipse erat extra, intrat ad altare & com-
 mittit peccatum periurij, quandoque super altare, quãdoque su-
 per Euangelium, quandoque super ipsum corpus Christi, quod
 horrendum est dictu. Mirum est quomodo ipsa terra eum non
 absorbet, vel quomodo angeli qui assistunt circa corpus Christi
 eum nõ perimunt. Ipse etiam diabolus timet res sacras, & quasi
 reueretur, quod non facit ille qui periurat. ¶ Tertium est hoc,
 q̄ ille qui peierat, fur & sacrilegus esse videtur. Contrectat enim
 tem alienam inuito domino, & rem sacram, quia nomen domi-
 ni sanctum assumit contra prohibitionem illam Exod. 20. Non
 assumes nomen Dei tui in vanum. ¶ Quartum est hoc, q̄ ipse
 falsarius est. Si quis sigillo alicuius domini sibi cõmisso ad con-
 firmendam aliquam veritatem, vteretur ad aliud confirman-
 dũ, ipse falsarius iudicaretur. Et si faceret hoc de sigillo domini
 Papæ, ipse esset excõmunicatus ipso iure, nec posset absolui ab
 episcopo suo. Sic quum Deus permiserit hominibus vt assumãt
 nomen suum ad confirmationem veritatis, si vrantur nomine
 ipsius ad confirmationem falsitatis, ipsi falsarij sunt, & quo ad
 Deum excõmunicati excõmunicatione illa quæ dicitur 1. ad
 Corin. 16. Si quis nõ amat dominum Iesum Christum, anathe-
 ma sit. ¶ Quintum est hoc, q̄ ille qui scienter peierat, ipse præ-
 ter morem aliorũ peccantium vult Deum inuoluere in peccato
 suo. Cum enim iurare, secundũ Augustinum, sit Deum in testem
 adducere, cum ipse iurat falsum, ipse vult adducere Deũ ad te-
 stificandum falsum. Talis in quantum in se est, vult maius ma-
 lũ facere Christo, vt videtur, quã eius crucifixores. Ipsi enim
 intulerunt Christo tantũ malum pœnæ. Ipse verò vult eũ in-
 uoluere in malum culpæ, quod deterius est. Ipse vult facere re-
 putari Deum deceptorem, dum in nomine eius quasi per ma-
 num

num eius, vult homines seducere, quod genus peccati non legimus commissum fuisse etiam a diabolo, licet diabolus mendax sit, & pater eius, & per mendacium homines seducat: non tamen legimus quod ipse iuramentum mendacio addat, ut melius possit seducere, sicut faciunt illi qui peierant. ¶ Sextum est hoc, quod cum in nomine Iesu flectatur omne genu caelestium, terrestrium, & infernorum: ut legitur ad Philip. 2. ille qui peierat, quum in nomine Iesu Christi contumeliam Deo faciat, deterior videtur esse illis, qui in inferno sunt, qui in nomine eius genua flectere dicuntur. ¶ Septimum est hoc, quod cum homo per haec torqueatur per quae peccat, & talis in nomine domini peccet, ipse in nomine domini merito punietur: ut cum illud inuocauerit, non exaudiat, & cum ad illud fugerit, non protegatur, quum aliis hominibus nomen domini refugium sit: iuxta illud Prou. 18. Turris fortissima, nomen domini: ad ipsam currit iustus, & saluabitur. ¶ Octauum est hoc, quod periurium enumeratur inter ea, quae dominus odit, Zach. 8. ubi sic legitur: Vnusquisque malum contra vicum suum ne cogitatis in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne diligatis: omnia enim haec sunt quae odi, dicit dominus. ¶ Nonum est maledictio, quae est super periuros, & in praesenti & in futuro. vnde Zacha. 5. Vidi hominem, &c. Et subditur: Et dixit ad me dominus. Haec est maledictio quae egreditur super fidei omnem terram: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Et omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educam illum, dicit dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & consumet eum, & ligua eius & lapides. ¶ Decimum est hoc, quod peccatum istud replet hominem iniquitate. vnde Eccl. 23. vir multum iurans replebitur iniquitate, & non ascendet a domo illius plaga. In fine huius verbi tangitur peccatum periurorum in praesenti. ¶ Undecimum est hoc, quod periurus perdit Deum, dum iurat. Perdit etiam iustitiam siue fidem suam. Repellitur enim post periurium a testimonio: claudit etiam ingressum regni caelestis. vnde in Psalmo: Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Et subditur: Qui non iurauit in dolo proximo suo. Ibi per contrarium innuitur, quod ille qui iurat in dolo proximo suo, non intret. ¶ Duodecimum est hoc, quod sacra scriptura propter magnum periculum periurij, adeo dissuadet iuramentum, quod quibusdam visum est, quod iuramentum omnino prohibeat. vnde Matt. 5. Ego autem dico vobis non iurare, neque per caelum neque per terram, &c.

¶ Septim

¶ *Septem quæ sacra scriptura dissuadet circa iuramentum.*

EST notandum quod circa iuramentum septem dissuadentur in sacra scriptura. ¶ Primum est, appetitus iurandi, siue affectio. vnde Iaco. 5. Ante omnia fratres mei nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque per aliud quodcunque iuramentum. Sic autem sermo vester, est, est, non, non, vt non sub iudicio decidatis. Secundum est assiduitas iurandi. vnde Eccl. 23. Iurationi nõ assuescat os tuum. Multi sunt casus in illa. Et iterum: Nominatio Dei non sit assidua in ore tuo. ¶ Tertium est, iurare ex leui causa vel nulla. Vnde Deut. 5. Non vsurpabis nomen Dei tui frustra: quia non erit impunitus qui super re vana illud assumpserit. Tria alia, quæ dissuadentur circa iuramentum sunt, falsitas eius quod iuratur, subita iuratio, & iuratio iniusta, quæ per oppositum innuitur Ierem. 4. vbi sic legitur: Iurabis, Viuit dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia. ¶ Septimum est, iurare per creaturas. vnde Matthæi quinto, Ego autem dico vobis non iurare omnino: neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum pedum eius est. Ideo autem dissuadetur iurare per creaturas, ac assiduitate sic iurandi labantur homines in idololatriam.

De peccato mendacij.

C A P. V.

SEQUITUR de peccato mendacij. De quo hoc ordine dicemus. Primo dicemus quid sit mendacium, & ponemus ea quæ possunt valere ad detestationem huius peccati. Secundo tangemus aliquid de diuersis diuisionibus mendacij.

¶ *Quid sit mendacium secundum Augustinum, & de his quæ faciunt ad eius detestationem.*

EST autem mendacium secundum Aug. falsa significatio vocis cum intentione fallendi. ¶ Ad detestationem huius peccati, Primo possunt valere verba sacra scriptura quæ dissuadet nobis mendacium. Vt est illud Eccl. 4. Ne accipias faciẽ aduersus faciẽ tuam, nec aduersus animam tuam mendacium. Faciẽ aduersus faciẽ suã accipit, qui veritate exclusa à corde suo, quæ est Dei similitudo, falsitatem, quæ diaboli est faciẽ, assumit. & Eccl. 7. Noli amare mendaciũ. & post in eodem cap. Noli velle mentiri omne mendaciũ. ¶ Secundo potest valere ad detestationem huius peccati hoc, quod peccatum istum est diabolicum. Primum enim mendaciũ dixit diabolus, Gen. 3. Nequaquã morti mini. vnde Io. 8. legitur de diabolo: Cũ loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mēdax est & pater eius. Ipse est pater mendacij, quia primus inuentor est, & pater eius, scilicet hominis

nis

nis mendacis. Homo enim mēdax, filius est diaboli imitatione
 Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri
 facere. ¶ Tertio potest valere ad detestationē huius peccati
 q̄ peccatum istud membrum inquinat, in quo magis est in-
 cens immunditia, scilicet os. Reddit enim illud abominabile
 Deo. Vnde Prouerborum duodecimo: Abominatio est domo
 no labia mendacia. Si quis os suum apertum haberet multū
 aliis rebus immundis quæcumque uellent ibi intrare, & permi-
 teret ea ibi nidificare, os eius abominabile esset hominibus. Si
 os mendax est abominabile Deo, cum immunditia mendacii
 multo amplius displiceat Deo, quam immunditia mulcatū
 similitum rerum. ¶ Quarto, potest valere ad detestationē huius
 peccati hoc, q̄ peccatum istud hominē falsum reddit, quantū
 præualet bonus denarius denario falso, tantum præualet homo
 verax homini falso & mendaci. Vnus bonus denarius ualeat
 centum falsos, & vnus homo verax centū mendaces. Vnde melius
 melioraret se aliquis, si remoto peccato mendacii uera de celo
 loqueretur: quia cui non displiceat si aliquem de denariis
 inuenit falsum? quis est qui non potius uelit habere denarium
 bonos, quam falsos? Sed de seipsis non dolent miseri homines,
 quando seipsos falsos inueniunt, & potius se uolunt esse falsos,
 quam ueros. In quo apparet cæcitas eorum qui amplius amant
 denarium vnum quam seipsos. ¶ Quinto potest valere ad dete-
 stationem huius peccati hoc, q̄ mendacium est quasi quoddam
 venenum, quod tantæ efficaciam est, q̄ in ipso ore existēs hominem
 interficit: iuxta illud Sap. x. Os quod mentitur, occidit animam.
 Vnde mirū est quomodo miseri homines non timēt quū ueno-
 num istud in ore sentiunt. Peius est venenū istud veneno ma-
 teriali: sicut causa deterior solet esse suo effectu. Mendacium enim
 quod fuit in ore serpentis, occasio videtur fuisse ueneni quod
 ore habet serpens. ¶ Sexto potest valere ad detestationem huius
 peccati, hoc q̄ omnis mētiens proditor est. Vult enim q̄
 cui mentitur, fidem sibi adhibeat: fidē tamen ei non seruat,
 vult eum decipere. ¶ Septimo potest valere ad detestationē huius
 peccati magnitudo ipsius, quæ insinuat nobis. Eccl. 20.
 sic legitur: Porior est fur, quam assiduitas uiri mendacis: peior
 rationem autem ambo hæreditabunt. Ideo videtur esse peior
 assuetus est mendaciis, quā fur: quia fur nocet corpori: ille autem
 qui mētitur, nocet animæ, dum eam in errorem inducit. Irē
 appetitus malus qui est in furore, quo ipse appetit rem alienā, est
 appetitus rei bonæ: sed appetitus eius qui mētitur, est appetitus
 malus

malæ. Fur enim suum bonum temporale quarit, sed mentis alienum malum, scilicet errorem proximi. Vnde peccatum mendacij, peccatum diabolicum est, & peccatum malitiæ: & numeratur à Salomone inter peccata quæ odit dominus, Prou. 6. vbi sic legitur: Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima eius, Oculos sublimes, linguam mendacem &c. Si ergo qui in furto deprehenderetur, erubesceret, sic erubescere deberet, si mendacium eius deprehenderetur. Hoc autem quod dictum est, quod & fur & mendax perditionem hæreditabunt: non est intelligendum de quocunque mendace, sed de illo qui dicit mendacium perniciosum & nocivum: & ad eandem speciem mendacij referendum est quod dictum est prius, Os quod mentitur, occidit animam. & illud Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. ¶ Octavo potest valere ad detestationem huius peccati pœna qua punitur peccatum istud: De qua habetur Pro. 20. Suavis est homini panis mendacij, & os eius implebitur calculo. De pœna etiam mendacij habetur Act. 5. de Anania, vbi sic ait Petrus: Non est mentitus hominibus, sed Deo. Audiens autem Ananias hæc verba, recidit & expirauit. ¶ Nono potest valere ad detestationem huius peccati hoc, quod peccatum istud valde nocivum est ecclesiæ Dei. Facit enim ut vix alicui fides adhibeatur. Hieronymus: Mendaces faciunt ut vera dicentibus non credatur: vnde propter mendacia hominum multiplicantur iuramenta & periuria. Lingua hominis mendacis est velut arcus diaboli, oculos interiores filiorum Dei sagittans. vnde Iere. 9. Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis, & ibidem: Sagitta vulnerans lingua eorum. ¶ Decimo potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quanti meriti sit abstinere ab hoc peccato: ad quod pertinet quod in Vitis patrum legitur de quodam eremita, qui visitatus est ab aliis eremitis delatis illuc per fluuium ministerio angelorum: qui dixit illis querentibus aliquid de eius conuersatione: Hoc custodiui ex quo conuersus sum, quod nunquam mendacium de ore meo procederet, nec postposui amorem caelestium terreno amori: sed nec gratia domini in his mihi defuit: quicquid petij à domino, sine mora consecutus sum. & infra triduum, sicut ipsi præuiderunt, mortuus est, & anima eius ab angelis, ipsis videtibus, recepta est. Magni meriti sciebat Salomon esse à mendacicio cauere, cum hoc petiit Prou. 30. Vanitatem & verba mendacij longe fac à me. ¶ Undecimo potest valere ad detestationem huius peccati hoc, quod homines assueti huic peccato in opprobrio magno sunt. vnde Eccles. 20. Opprobrium magnum

in homine, mendacium, & post ibidem: Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsius sine intentione, & Eccl. 4. Non contradicas verbo veritatis vilo modo, & de mendacio in iuditionis tua confundere. ¶ Duodecimo potest valere ad detestationem huius peccati hoc, quod grauer vuloratur, qui cadit in peccato isto. Vnde Eccles. 20. Lapsus falsae linguaz quasi qui in pavimento cadit. Multum videtur esse contemptus mentiens, cui potius placet quod non est, quam quod est: & multum videtur habere oculos cordis infirmos, cum tenebre falsitatis ei placeant, & lumen veritatis ei displiceat. Corruptiorem hominis mendacis insinuat Aug. super illud Psal. Perdet omnes qui loquuntur mendacium, sic dicens: Merito perditur mentiens, quia declinat ab eo quod est ad id quod non est.

¶ De diuisionibus mendacij.

SEQUITUR de diuisionibus mendacij, quarum multae sunt. Prima est in octo membra siue octo species, quas ponit Aug. in libro de mendacio. ¶ Prima species est, mendacium in doctrina religionis, quod est contra fidem vel bonos mores. Hoc summè fugiendum est, ad hoc nulla causa quisquam habet adduci. Secunda est, quod nulli prodest, & alicui obest. Tertia est, quod vni prodest, & alij obest. Quarta est, quod fit sola mentendi falsitatisque libidine: quod est mirum mendacium, sicut dicit beatus Augustinus. Quinta, quod fit cupiditate placendi de suauis eloquio. Sexta quod nulli obest & alicui prodest ad pecuniam eius seruandam. Septima, quod nulli nocet, & alicui prodest ad vitam corporis seruandam. Octaua est, quod nulli obest, & ad hoc prodest ut ab inimicis vitia corporis aliquem tueatur. Tres primae species mendacij sunt mortualia peccata, si cum deliberatione dicantur. Quinque alia venialia sunt peccata, nisi assit aliqua circumstantia quae ea mortalia faciat. ¶ Alia autem diuisio mendacij diuiditur in tres species, scilicet mendacium perniciosum, & iocosum, & officiosum siue benignum. Primum membrum huius secundae diuisionis continet tria prima membra primae diuisionis. Secundum vero membrum continet quattuor & quintum. Tertium autem membrum huius diuisionis continet tria membra primae diuisionis. ¶ Tertia autem diuisio mendacij est in mendacium principalis assertionis, & mendacium falsi testimonij.

¶ De his quae possunt valere contra falsum testimonium

AD detestationem vero falsi testimonij aliqua addere possumus licet ea quae prius dicta sunt ad detestationem mendacij, ad idem potest fieri referri. Notandum ergo quod contra peccatum falsi testimonij, potest valere verba sacrae scripturae quae istud distuadent: vt est illud

lud Exo. 29. Non loqueris cōtra p̄ximū tuū falsū testimoniū. Et ciul. 23. Nō iūges manū tuā, vt pro impio dicas falsū testimoniū. ¶ Secūdo possūt valere ad idē coninationes, quas Sacra scriptura facit falsis testibus: vt est illud Pro. 19. Testis falsus nō erit impunitus, & qui loquitur mēdacia peribit: & Pro. 21. Testis mēdax peribit. ¶ Tertium est, quod hoc peccatū multum nocuum est. Nocet enim Deo, nocet iudici, nocet ei cōtra quē testimoniū fertur. Vnde Aug. Falsus testis tribus personis est obnoxius. Primū Deo, cuius præsentiā cōtemnit. Deinde iudici, quē mēdādo fallit. Postremō innocētī, quē falso testimonio lēdit. vnde falsus testis licet septennē penitentiā egerit de falso testimonio, nondum tamen liberatus est, donec ip̄i satisfecerit pro posse suo, qui rē suā pro falso testimonio amisit. Testis iniquus deridet iudicium: vt legitur Prou. 19. & ideo in extremo iudicio merito deridebitur: quia per quā peccat homo, per hāc & torquetur. Sap. 11. ¶ Quartū est hoc, q̄ ipse vendit dominū: vnde super illud Mart. 26. Tunc abiit Iudas, &c. dicit glo. Multi hodie sunt qui factū Iudæ: execrantur, & idē faciunt, nā cum pro munere falsū testimoniū dicunt, quia veritatē negāt, Deum qui veritas est, vēdunt. Et notandū q̄ qui vult à peccato mēdaciū cauere, oportet, q̄ peccatum cupiditatis à se repellat: ex peccato enim cupiditatis mēdacia procedūt, vt pater in mercatoribus. Vnde Cain q̄ inter homines primus legitur mendaciū dixisse, Gen. 4. Nescio Dñe: n̄quid custos fratris mei sum, &c. interpretatur possessio. Cupiditas etiā causa fuit, q̄ Ananias & Saphira Petro mētiū sunt. Timorē etiā humanū oportet remouere, qui vult cauere à mendacio. Hac de causa Petrus Dominū negauit.

De peccato detractionis Et de duodecim quæ possunt valere ad eius detestationem.

CAP. VI.

Primo dicemus de peccato eorū qui detractiones proferūt. Secūdo de peccato eorum qui libenter eas audiunt. Tertio vero tangemus aliquid de impatientia eorū quibus detrahitur. Circa primū primo ponemus ea quæ possunt valere ad detestationem detractionis. Secūdo tāgemus de diuersis speciebus detractionū. ¶ Notandū ergo q̄ duodecim sunt quæ possunt valere ad hęc verba Sacra scripturæ, quæ nobis hoc vitium dissuadent. De quibus pauca ponemus. Dissuadetur autem nobis hoc vitium Leuit. 19. vbi sic legitur: Non maledices surdo, nec corā cæco pones offendiculum: sed timebis Dominū Deum tuum. Ad literam, valde impium est surdo maledicere, quū ipse non audiat: nec cōtra obiecta aliquid possit respōdere. Valde etiam

NN

impium est corā cæco ponere offendiculū, quum ille nō videat nec possit sibi cauere. Sed secundū glo. surdo maledicit, qui absenti detrahit. Homo absens minus potest audire detrahentem, quā si surdus esset. Surdus enim quandoq; audit, quando alibi sibi clamatur: absens verō qui quandoq; per duas leucas distat, vel amplius, non audit detrahentē quāntūcunque clamer. Detrahens etiā ponit offendiculum coram cæco, dum illi, qui eum auscultat, qui cæcus est, vel quia simplex est, vel quia non cognoscit personā cui detrahitur, narrat alienum factū, vnde ipse scandalizatur. vnde detractor impiē agit & proditiose tam in eum cui detrahit, quā in eum corā quo detrahit. Itē dissuadetur hoc vitium pōst eodē cap. vbi sic legitur, Non eris criminator, nec susurro in populis. Criminator idem est q̄ detractor, qui in alieno crimine delectatur. Item Leuit. 7. Sanguinem omnis animalis non sumeris in cibū. Item Leuit. 3. Nec sanguinem, nec adipem omnino comederis, Sanguinem comedit detractor, qui in peccato alterius delectatur. Deut. 12. Caue ne sanguinem comedas: & Eccles. 5. Non appelleris susurro in vita tua, & lingua tua ne capiatis: & Iac. 4. Nolite detrahere, &c. Bernar. Noli esse alienæ vitæ, aut temerarius iudex, aut curiosus explorator. Secundo potest valere ad detestationem huius peccati, si dicitur generibus rerum detractor comparatur.

¶ *Quibus comparatur detractor.*

NOTANDVM q̄ detractor comparatur cani, vnde Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, &c. & Eccles. 39. Sagitta infixā femori canis, sic verbum in corde stulti. Canis sagittam habēs infixā femori, nō quiescit donec remouerit: nec stultus quiescere potest, donec verbū malū quod de proximo audiuit, alij retulit. Detractores etiam sunt canes gregem diaboli custodientes, nō permittētes etiam vnā ouiculā inde auferri quā latrent, vel deridendo, vel aliter ostēdendo. Canes isti nō solum carnes comedunt, sed etiam ossa rodūt: quia nō solū carnalibus hominibus detrahunt, sed etiā spiritualibus. Specialiter autem detractores similes sunt canibus qui in macello morantur, quia sanguini insidiātur & sanguinolenta habent labia. Vnde ad eum pertinet illud Prou. 1. Insidiamur sanguini. Detractor etiā porco cōparatur, quia ad modum porci ori suo non parcat ab immunditia, sicut nec pedi suo, nō aduertēs illud quod dicitur Sap. 1. A detractione parcite linguæ. Qui nō vult parere ei cui detrahit, saltem deberet parere propriæ linguæ quā inquinat, dum per immunditias aliorum peccatorū eam trahit. Porcum horum

horum intret vbi ex vna parte flores videat, & ex alia stercorea,
 floribus neglectis ad stercorea currit, & ea in ore suo ponit. Sic
 detractor si videat in aliquo aliqua imitatione digna, quæ ve-
 lut flores sunt, & ex alia parte aliqua reprehensibilia, ipse versat
 in ore suo reprehensibilia: de his verò quæ sunt imitatione digna
 quæ velut flores sunt, nõ curat. Propter hanc immunditiã quæ
 est in detractoribus, voluit eos excludere Aug. à mensa sua. Vin-
 de legitur habuisse hos duos versus scriptos in mensa sua, sicut
 habetur in glo. super illud Prou. 24. Cũ detractoribus ne com-
 misceris, &c. Quisquis amat diētis absentũ carperet vitã. Hanc
 mensam indignã nouerit esse sibi. Multum immunda iudicauit
 ora detractorũ Aug. qui præ cæteris peccatoribus eos exclusit
 à mensa sua. Detractor etiã cõparatur serpenti. Vnde Eccl. 10. Si
 mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occultè
 detrahit. Assimilatur detractor serpenti in his proprietatibus.
 Serpens est animal proditiosum, silentio mordēs, tortuose ince-
 dens, terrã comedēs. Sic detractor proditor est. Illos enim mor-
 det retro, quos dum sunt presentes, amare se simulat, nec de-
 trahit nisi vbi de silentio cõfidit: & sicut ad literã serpēs verbis
 & tumultibus hominũ deterrentur: sic detractor timet, quando
 videt venire eum, cui detrahit. Tortuose etiam incedit detra-
 ctor, dum à laude eius incipit, cui vult detrahere. Rectitudinẽ
 etiã suã attentionis præterdit, dicens: Non dico hoc apimo de-
 trahendi. Et, vt ei fides adhibeatur, dicit se multũ amare eũ, cui
 detrahit. Terram etiam ad modũ serpentis comedit: quia quod
 terrenum & infirmum est in homine, hoc in ore suo versat. De
 his serpentibus legitur Deuter. 32. Dentes bestiarum immit-
 tam in eos, cum furore trahentium super terram atque serpen-
 tium: & Iere. 8. Ecce ego mittam vobis serpentes pessimos, qui-
 bus non est incãtatio. Itẽ homines assueti detractioni, vix cor-
 riguntur. Vnde Eccl. 23. Homo assuetus verbis improprij, om-
 nibus diebus vitæ suæ non erudietur. Bern. Nunquid vipera est
 lingua quæ tres interficit flatu vno? Lingua detractoris tres in-
 terficit simul vno verbo, scilicet se, & eum qui audit quãdo con-
 sentit ei: quandoque etiam eum cui detrahitur, quando perue-
 nit ad eius notitiã. ¶ Detractor etiam monstrũ est, in ore gla-
 dios habens. Vnde ad detractorem pertinet illud Prouer. 10. Est
 generatio quæ pro dentibus gladios habet. & illud Psal. Filij
 hominum dentes eorũ, arma & sagittæ, & lingua eorum gla-
 dius acutus: & iterum, Gladius in labiis eorum, quoniam quis
 audiuit. Bernar. Gladius triceps lingua detractoris. Nec huius-

modi linguā mucrone illo, quo Dominiū latus cōfossū est, crudeliorem dicere verearis. Fodit etiam hoc corpus, nec tam exanime facit. Ipsi etiam spinis & clavis nocentior est, quos Iudarus infixit: nisi enim corporis sui vita vitam istius corpori prætulisset, nunquam illud pro isto mortis iniuriā tradidisset. ¶ Detractor figuratus est per illam bestiam, de qua legitur Daniel. 7. quæ similis erat vris, & habebat tres ortines dentium. Vrsus etiam homini similis sit, tamen homo nō est. Sic detractor etiam exterius videatur esse homo, tamen verò homo non est, quū sanguine humano pascatur. In tribus verò ordinibus detractorum figurari possunt tres modi, quibus detractor proximum lacerat. Lacerat enim eum bona opera aperta minuendo, occulta negando, falsa crimina imponendo. ¶ Detractor etiam comparatur sepulchro patenti, de quo factor incessanter exhalat, vnde in Psalm. Sepulchrum patens est guttur eorum. Nullum sepulchrum ita foetet in cōspectu hominum, sicut os detractorum in cōspectu Dei. Sapiens: Non refert his gartionibus, an à superiori an ab inferiori intonet, quia non minus à superiori quam ab inferiori foetet. Tantus est foetor in ore detractorum, vt et foetore illo multi moriantur. Aliqui tamen adeo foetidi sunt, quod foetorem istum non sentiunt. Bernar. Vbi omnes foetidi sunt, vnus foetor minimè sentitur. ¶ Detractor etiam comparatur mulieri pręgnanti, quæ cum dolore conatur ad emissionem partus, vnde Eccles. 19. A facie verbi parturit faruis, tanquā gemitus partus infantis. Videretur detractori quod dirumperet, nisi verbum malum auditum de proximo emitteret. Contra hoc quod dicitur Eccles. 19. Audisti verbum aduersus proximum tuum: commoriatur in te, fideus quoniam non te dirumpet. Ab detractorem videtur pertinere illud Job 32. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagūculas nouas dirumpit. Detractor etiam similis est noctuæ, cuius oculos nox illuminat, & lux excæcat. Detractores etiam sunt vt ciconiæ, quæ venenatis animalibus pascuntur. Sic detractores alienum peccatum, quod quasi venenum est, in ore deferunt. Os etiam detractoris vas est aquam maledictam diaboli continens, iuxta illud Psalm. Quorum os maledictione plenum est. Detractor etiam est peior furibus illis qui vestes & alia bona temporalia furantur, vnde Ambro. Tolerabiliore sunt fures, qui vestes & alia bona nostra diripiunt, quàm fures qui famam nostram lacerant. Cuius ratio est hoc quod dicit Salomon Prouerb. 22. Quod melius est nomen bonū, quàm diuitiæ multæ, vnde qui nomē bonū

alicui aufert, magis nocet ei, quā si ei multas diuitias furaretur. Præterea furtū tale vix aut nunquā potest restitui. Item detractores dapiferi diaboli sunt, qui carnes humanas hominibus comedēdas apponūt. Vnde super illud Prou. 23. Nōl' esse in cōuiuuiis potatorum, neque in comestationibus eorū, qui carnes conferūt ad vescendum: dicit gl. Carnes ad vescendum conferre, est in collocacone derogationis vicissim vitia proximorum dicere. Item detractores diabolo thurificant, & in cetera diaboli quasi thuribulū deferunt, in quo pro suau' odore fetore alienorum peccatorum hominibus ingerunt. Detractores etiā sunt testes iniqui, qui nec rogati nec examinati testimonium ferūt absente eo contra quē testificantur. Sene. Loquens de proximo tuo, scito te pro eo vel cōtra eum testimonium dicere. Psal. Insurrexerunt in me testes iniqui, &c. Item videntur esse aduocati diaboli. Ipsi enim conātur ad hoc, vt quod est Dei, eodā in partem diaboli. Quid enim aliud est dicere. Iste est fornicator vel vsurarius: quā dicitur, Ipse debet esse diaboli? Detractores figurati sunt per Amō, qui rasit dimidias barbas nūtiis Dauid, & curtauit vestes eorū vsq; ad nates, vt legitur 2. Reg. 10. Dimidiam barbam radit detractor nuntiis veri Dauid, id est, Christi, dum medietatem viriditatis eis aufert. Dicit enim q̄ bona faciunt, sed intentione mala. Detractio enim, sicut dicit auctoritas, filia liuoris est, quæ vbi bene facta negare nō possit, quocunq; modo peruertere tentat. Detruncat vestes vsque ad nates: quia si quid est pudibundū in eis deregit. ¶ Tertio potest valere ad derestationē huius peccati, scilicet detractionis, si ostēdatur quantæ crudelitatis peccatum sit istud. Notādum autem q̄ detractor adeo crudelis est, q̄ se primo lædit, vt pōt alios lædere possit. Se enim prius accusat, vt aliis possit detrāhere. Crudelitas etiam detractoris ex eo patet, q̄ carnes humanas comedit, & sanguinem humanum bibit. Vnde Iob 19. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Detractor hominem persequitur: quia de occultis vult iudicare, ac si esset Deus. Greg. Qui aliena detractione pascitur, proculdubio alienis carnibus saturatur. ad Galat. 5. Si inuicem mordetis, videte ne inuicem consumamini. Detractor comedit quādoquē patrem suū, vel matrem spiritualem, vel carnalem. dum ei detrāhit. Nulli parcit, nec amico nec inimico. Vnde Ezech. 5. dicit Dominus Ierusalem, id est, ecclesiæ: Patres comedent filios suos in medio tui, & filij comedent patres suos. Et Ierē. 19. Vnusquisq; carnes amici sui comedet. Detractores vno morsello comedūt

Papam, vel vnum archiepiscopum, vel episcopum. Detrahitur etiam in quadragesima carnes comedit. vnde quidam Abbas vitis patrum: Melius est comedere carnes, & bibere vinum, quam comedere in vituperatione carnes frantum. Detrahitur non parcat etiam mortuis. Dissipat enim homines mortuorum peccatis, quod est vnum opus contrarium illi operi misericordie, de quo habetur Tob. 2. Detractor etiam crudelior esse videtur lupis & leonibus, & ceteris bestiis. Leo enim leoni parcat, lupus lupo, & ceteræ bestia parcat bestiis sui generis. Detractor vero non parcat carnibus humanis. Detractoribus lingua peccatorum datur esse inferno. Infernus enim solos malos deuorat. Lingua detractoris amplectitur & bonos & malos. Vnde legitur Eccl. 28. de lingua terra, quæ est lingua detractoris, potius vellit esse infernus, quam illa. ¶ Quarto potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quanta immunditæ est peccatum illud. Notandum est, quod detractor crabroni comparatur, qui non quiescit nisi in stercore: sic detractor in alienis peccatis. De crabronibus legitur Exod. 23. Cunctorum inimicorum tuorum coram te respice: mittens crabrones prius, &c. Lingua detractoris velut tabulum est, non cessans voluere & reuoluere sordes vitiorum. ¶ Quinto potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quanta iniquitatis sit detractor. Notandum ergo quod detractor iniquus est in seipsum, in proximum, & in Deum. In seipsum, quia ipse quærit festucas vnde oculos sibi eruat, quæsi deberet quærere lumem alicuius boni exempli, ipse suffiat in puluerem, vnde oculi eius excæcantur. Greg. Quid aliud detractores faciunt, nisi quod in puluerem sufflant, & in oculos suos terram excutiunt, vt vnde plus detractores perfiant, inde magis veritatis nihil habeant. Iniquus etiam est detractor in proximum, quæsi fœtore peccatorum vult corrumpere. Iniquus est etiam in Deum, cui iudicium suum aufert: contra illud Lucæ 6. Nolite iudicare, non iudicabimini. Detractor vult usurpare sibi quod ipse Deus patet sibi non usurpat, scilicet iudicium. Pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Io. 5. Iniquus etiam est in Deum, cuius partem quantum potest conatur minuere. Boni enim qui ex parte Deo sunt, asserit esse diaboli, quando eos malos dicit. ¶ Sexto potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur detractor exosus esse Deo & hominibus. Ad quod pertinet illud Ecclesiast. 21. Sufurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur. & Eccl. 5. Sufurroni odium inimicitia & contumelia. Odium cordis, inimicitia operis, contumelia ver-

bi. & ad Ro. 1. Detractores Deo odibiles. ¶ Septimo potest valere ad detestationem huius peccati hoc quod detractor maledictus est à Deo, & abominabilis hominibus. De primo legitur Ecclesiast. 28. Sufurro bilinguis maledictus. Multos enim turbavit pacem habentes. De secundo legitur Prouerbio. 24. Abominatio hominum detractor. ¶ Octavo potest valere ad detestationem huius peccati, pœna qua dominus punit detractores. De pœna ista legitur Num. 12. de Maria sorore Moyfi, quæ leprosa facta est, quia detraxit Moyfi. De pœna etiam ista legitur Leuit. 7. Qui comederit sanguinem, peribit de populis suis. Leuitici 17. Homo quilibet de domo Israël, & de populis qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, & obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo. Delectari in sanguine peccati diabolicum videtur esse. Vnde detractores specialiter filij diaboli sunt, qui sanguisuga vocatur Prouerb. 30. Sitiunt enim detractores sanguinem peccati, sicut & diabolus. ¶ Nono potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quanta stultitia peccator laborat. De stultitia ipsius dicit Philosophus, quod proprium stultitiæ est aliena vitia cernere, & sua oblitisci. Legitur etiam in Vitis patrum, quod quidam frater inuentus est culpabilis, & adductus est Abbas Moyfes vehementia pœcum, qui tollens secum sportam vetustissimam, impleuit eam arena, & portauit eam retro. Illis vero admirantibus quid hoc esset, dixit: Peccata mea sunt post me currentia, & non video illa, & veni ego hodie aliena iudicare peccata. Sic detractor facit. Peccata enim sua, quibus totus plenus est, non videt: peccata autem aliena ante oculos suos habet. ¶ Decimo potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quam damnosum sit ecclesiæ Dei. Notandum ergo, quod detractor est ventus vrens vineam domini, præcipue in flore. Illi enim qui sunt in initio bonæ vitæ, non possunt morsus detractionum sustinere, sed desistunt à bono incepto. Et sicut poma debilium caudarum deiiciuntur ab arboribus vento: sic ventus detractionis illos à Deo separat, qui nondum ei firmè adhæserunt. Detractor, quantum in se est, vniuersales tenebras facere nititur in mundo isto, sicut leguntur factæ in passione domini in vniuersa terra. Lucernas etiam conatur detractor extinguere, dū sanctos viros nititur infamare. Cū ecclesia tenebras suas faciat tantum tet in anno, detractor continuè tenebras suas vellet facere: detractor tenebras amat, & ideo in tenebras ibit. ¶ Vndecimo potest valere ad detestationem huius peccati hoc, quod peccatum

istud est in Spiritum sanctum. Detractor enim impugnat gratiam Spiritus sancti, dum conatur eam diminueri, vel totam in focare in hominibus: ideo vix dimittitur peccatum istud à Spiritu sancto, ad quem pertinet remissio peccatorum. ¶ Duodecimo potest valere ad detestationem huius peccati hoc, quod dicit Glossa de peccato isto super illud Prouer. 24. Cum detractoribus ne commiscearis. Hoc specialiter periclitatur vitio totum penè genus humanum. ¶ Et notandum, quod licet quilibet debeat cauere à detractione quarumlibet personarum, præcipue tamen à detractione patris vel carnalis, vel spiritualis. Vnde Exodus. Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. & Genes. 9. legitur de Cham filio Noë, quod patris sui verenda detexit. & ideo in semine suo maledictionem recepit vnde legitur ibi: Maledictus Chanaan puer, seruus seruorum erit fratribus suis. Legitur etiã 2. Reg. 6. de Oza, quod à domino percussus est, quia manum suam ad arcam Dei extendit. Per arcam, in qua continebatur manna, & virga Aarō, & tabula testamenti, figuratur prelatus, in quo contineri debet manna dulcis consolationis, & virga correctionis, & scientia discretionis. Ad quam arcam si detractor manum extenderit illi detrahendo, à domino percutietur. Gregorius. Multi dum plus vitam sacerdotum quam suam discuriunt, in roris foueam dilabuntur, minus considerantes, quod non eos vitam sacerdotum læderet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent.

¶ *De diuersis speciebus detractionum.*

POSITIS speciebus illis quæ possunt valere contra peccatum detrahentium, consequens est vt aliquid tangamus de diuersis speciebus detractionum. Notandum, quod super illud Psalmi detrahentem secreto proximo suo, hunc persequer. distinguitur triplex genus detractionis. ¶ Primum est, malum dicere de alio. ¶ Secundum, audita mala cum augmento referre. ¶ Tertium est libenter illud audire. Nos autem possumus diuidere detractionem in sex species. Quarum prima est occulta mala proximi publicare. Secunda est, audita mala cum augmento referre. Tertia, crimina falsa imponere. Quarta, bona occulta negare. Quinta, manifesta bona minuere. Sexta bona in mala conuertere.

¶ *De peccato libenter audientium detractionem.*

SEQUITUR de peccato eorum qui libenter detractores audiunt. Contra quod peccatum, Primum valere possunt verba scripturæ, quæ illud dissuadent, vt est illud Prouer. 4. Labia detrahentium sint procul à te. Et illud Prou. 13. Noli esse in conspectu

uiuipotatorum, nec in comestationibus eorum qui carnes ad vestendum conferunt. Et illud 24. Cum detractoribus ne cōmiseris. Et illud Eccl. 18. Sepi auies tuas spinis, & noli audire linguam aequā. Contra hoc peccatum etiā potest valere illud Ber. Detrahēre vel detrahentem audire, quid horū damabilius sit, non facile dixerim. Sunt autem reprehensibiles illi, qui libenter detractiones audiunt multis de causis. Primo propter hoc, quod vident fratres suos a canibus dilacerari, & nō exterrēt canes saltem clamoribus, præcipuè cum sperent se proficere posse, imò canibus applaudunt. In quo potius se canes quàm homines ostēdunt Eccl. 13. Quæ communicatio sancti hominis ad canem? Cum detractor serpens sit, vt prius ostensum est, non videtur homines esse, sed potius genimina viperarum qui eos non exhorrent, qui lapides durarū inceptationum non proiciunt, quando vident fratres suos ab eis morderi.

¶ *Multis causis sunt reprehensibiles qui libenter audiunt detractores.*

REPREHENSIBILES etiā sunt qui libenter audiunt detractores, quia illis qui fratres suos comedunt, salisam ministrāt, adquam eos comedant, hilarem eis vultū ostendēdo, sine qua salis morsus quasi inspidus esset detractoribus. Hieronym. Nemo inuito auditori libenter narrat. Titou. 25. Ventus Aquilo dissipat pluias, & facies tristis linguam detrahentem. Reprehensibilis etiā est ille qui detractori consentit, quia testi deceptione pleno, non iurato, neque examinato contra absentem credit, & frequenter testi vnico, contra illud legis diuinæ, Matth. 18. In ore duorum vel triū testiū stat omne verbum. Imò, quod plus est, si vnus ribaldus detraxerit vni viro sancto, & decem boni viri dicerent cōtrarium, potius creditur illi ribaldo simplici verbo testificantī contra virum sanctum, quàm decē bonis viris iurantibus pro ipso. Reprehensibilis etiā est talis, quia iuxta sepulchrum patens, vnde fetor incessanter exhalat, potius eligit esse contra Dei voluntatē, & ad suam damnationem, quàm recedendo inde, obmurescere faciat os detractoris. Si enim deesset auditor, deesset & detractor. Reprehensibilis est etiā talis, quia noctuæ credit testificantī contra lucem quam naturaliter odit.

¶ *De peccato eorum, qui impatienter tolerant detractores.*

SI QUITVR de peccato impatienter tolerantū eos qui sibi detrahūt, qui valde fatui sunt. Valde enim vtiliter seruiunt eis, si ipsi paciēter sustinent. Detractores enim sunt spinæ viā inferni obstruentes vitis sanctis. Vnde Osee 2. Ecce ego sepiā vitē tuam spinis ipsi etiā sunt vigiles ciuitatem ecclesiæ custodientes ad

modum vigilum, quasi continuè mētientes. Ipsi etiam depre-
segetes domini, ne in paleas luxurient, & pauca grana habent.
Ipsi sunt limæ à vasis gloriæ rubiginē auferentes. Sed sunt et
dam vasa maledicta quæ à limis istis assumunt rubiginem, &
deberent recipere pulchritudinem. Detractores à filiis Dei
quodam rasorio peccatum elationis eradunt. vnde Gregorius
Idcirco laxat dominus linguas detractorum in electos, ut
quid in eis elationis surrexerit, lingua detractoris eradat.

De peccato adulationis. Et de his que faciunt ad eius detestationem.

CAPVT VII.

DE peccato Adulationis, hoc modo dicemus. Primo ponimus ea quæ ad detestationē huius peccati possunt valere. Secundo, tangemus de remediis contra peccatum istud. ¶ Notandum ergo quod adulatio, sicut quidam dixit, est peruersa laudatio. Vnde nomen laudationis & adulationis eisdem literis constat, sed non eodem modo ordinatis. secundum Tullium nomen à sono sumptum. Canes enim quorum est mira adulatio, ferè expriment istum sonum. ¶ Ad detestationem veteris peccati, Primo possunt valere verba sacræ scripturæ, quæ illud dissuadent. Vt est illud Exod. 30. Hoc oleum vnctionis etum erit mihi in generationes vestras. Caro hominis non comeditur ex eo. Et subditur paulo post: Homo quicūque tale comiserit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo. Oleum istud laus est, quæ debet Deo dari, nō homini viuere. Leuit. 2. Nihil mellis adolebitur in sacrificio domini. In modum dulcedo adulationis intelligitur. Itē dissuadetur hoc vitium. Eccl. 23. Nō coques hœdum in lacte matris. Adulator hominē quem diabolus frangere nō potest, in lacte adulationis coquit, vt diabolo comestibilis fiat. Item Pro. 24. Nec lactes quenquam labiis tuis. Et Ecc. 11. Ante mortem non laudes quemquam. ¶ Cūdo possunt valere ad detestationem huius peccati exempla præcipuè exemplū Christi, de quo dicit glossa super illud Mat. 21. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem, quia vauper nulli adularus, nullum in tanta vrbe inuenit hospitem, sed Lazarum receptus est. Paulus etiam dicit de se, ad Thel. 2. quæ aliquando fuimus in sermonibus adulationis, sicut scimus quæ in occasione auaritiæ. Deus testis est.

¶ *Quod adultores diuersis generibus rerum comparantur.*
TERTIO potest valere ad detestationē huius peccati, comparatio adulatorē vel adulationē diuersis generibus rerū cōparemus. Tandū ergo quod adulator nutrit diabolus est, alios diaboli lactis

& adulationis. vnde Prou. 1. Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Itē Pro. 16. Vir iniquus lactat amicū suū, & ducit eū per viā non bonā. Et Thre. 4. Lamia nudauerūt mamas, lactauerūt catulos suos. Lamia est bestia suis fecibus crudelior, quā ceterę bestię. Vnde lamia quasi lania appellatur, quia catulos suos creditur laniare. Vnde bene signat adulatorē, qui in veritate eos laniat quos videtur lactare. Ideo autē cōparatur adulatio lacti, vt ostēdatur verecundū esse homini adulto adulationē amare, sicut verecundū esset homini barbato ad māmillas maternas pēdere. Adulator ad modū nutricis filios diaboli obdormire facit in peccatis suis. Et sicut nutrix casum paruuli ad eius consolationem saltum interpretatur: sic adulator eius peccatū cui adulat, quod in veritate casus est, asserit esse opus magnificum. Adulatores Ægyptiæ mulieres sunt quarū māmillas Moyse respuit. ¶ Itē adulatores locustæ sunt comedētes residuū grādinis. Exo. 10. Locusta æstate canit, hyeme silet. Vnde rectē significat adulatores, qui eos laudāt, qui habēt æstatē prosperitatis: à laude verò eorum silet, qui habēt hyemē aduerſitatis. Vnde Ecc. 13. Diues locutus est, & omnes tacuerūt, & verbū eius vsque ad nubes perducunt. In grandine verò persecutor intelligitur: locusta ergo residuum grandinis comedit: quia secundū Greg. quę persecutio frangens nō vincit, multoties adulatio premit. ¶ Adulatio deterior videtur esse detractio, quia detractio hominem humiliat, sed adulatio extollit. ¶ Adulatores etiā sunt ranæ, ppter loquacitatē suā. Vnde Psal. Edidit contra eorū ranas in penetralibus regum ipsorum. Adulatores etiā sunt Sirene vsque in exitū dulces, secundū Boët. Item sunt ioculatores diaboli, non permittentes diabolu in aliquo cōtristari. Vnde Osee 7. In malitia sua lætificauerunt regē. Ipsi etiā sunt sacerdotes diaboli, homines viuos sepelientes. Vnde Matt. 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. De quo loquens Greg. dicit: Tūc mortuus mortuum sepelit, cum peccator peccatorē aggere adulationis premit. Adulator est Echo cōformās se ei cui adulat. Si enim riserit, riderit: si fleuerit, flet. Sapiē. 7. Resonans in altissimis montibus Echo. Ipsi sunt quasi chamæleō, quod secundū Solinū animal est de aëre viuēs, quod colorē habet variū & in momēto mutabilē, ita vt cui rei se iungit, eius concolor fiat. Item sunt incantatores diaboli, qui faciūt hominibus de se credere quæ ipsi volūt. Terētius: Adulator homines profus insanos ex stultis facit. Vnde quidā: Nihil est quod nō possit de se credere, cū laudatur æqua potestas. Itē adulator quasi sub prætextu decorādi & ornādi hominem

minem

minem iugulat. Vnde ad eum potest dici, Sicut nouacula a cor
fecisti dolum. Adulator etiā proditor est, sub specie enim osculi
ad modum Iudæ hominem tradit hostibus suis, & sub specie
amicitiæ hominem interficit. Vnde rectè significatur per Iudæum
qui, sicut legitur 2. Regum 20. dixit ad Amasam: Salue nos frater
& tenuit manu dexterā mentum Amasæ quasi osculans eum, &
percussit eum in latere, & mortuus est. Adulatio oleo comparatur.
Vnde in Psal. Oleum autem peccatoris nō impinguet carā
meū. De quo oleo diabolus ungit suos, qui in extremis labo-
rāt. Hoc oleo etiā ungit diabolus homines quos flectere non po-
teit, vt ad malum eos molliat. vnde Augustinus: Oleum est fau-
laus adulatoris, quæ mentes à rigore veritatis emollit ad nocē-
tiam. Adulatio etiā mel est, sed toxicatum. Etiam est sagitta autem
& ideo aliqui non curant, si ab ipsa lædantur. Est etiam ventus
qui lenis videtur: transfert tamē montes de regno Dei in regnum
diaboli. Item est rete diaboli inuisibile. Vnde Prou. 29. Qui
dis fectis que sermonibus loquitur, rete expandit proximo suo.
¶ Quarto potest valere ad detestationē huius peccati, si ostē-
datur quantum sit nocendum homini istud vitium. Ad quod
pertinent verba sacre scripturæ quæ sequuntur super illud, Quā-
tā laudatur peccator in desideriis animæ suæ. dicit Augu-
stinus: Hæc est ira Dei magna, vt desit correctio, & affit adulator.
Adulantium linguæ alligant homines in peccatis. Delectat
omnium hominem ea facere, in quibus non solum non meruit re-
prehensio, sed etiam auditur adulator. Et super illud Lucæ 6. Vt
vobis eum benedixerint, &c. dicit glo. Magna pars pœnæ est pec-
catori sua scelera non solum non argui, sed in super quasi be-
nignè laudari. Et super illud, Deus in adiutorium meum inces-
de, &c. dicit Augustinus: Plus nocet lingua adulatoris, quàm ma-
nus persecutoris. & Prouer. 27. Meliora sunt vulnera diligentis
quàm fraudulenta oscula odientis. & Ecclesiast. 7. Melius est
sapiente corripui, quàm stultorum adulatione decipi. & Esa.
Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Item Esa.
Et tunc qui beatificant populum istum seducunt, & qui beati-
ficantur precipitati. Adulator ducit eum, cui adulator, quasi
supercilium montis, vt inde precipitetur, sicut Iudæi dicebant
esse de Domino, Luc. 4. Item Prouer. 11. Simulator ore detor-
pit amicum suum. ¶ Quarto potest valere ad detestationē he-
ius peccati, si ostēdatur adulator esse maledictus, a hominibus
& detestabilis. A primū pertinet illud Esaie 5. Væ qui dicunt
bonum malum. Alia litera habet, Væ qui dicitis male, bonum

Et in eodem, Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferitis ab eo, subditur pœna propter hoc: Sicut stipulam deuorat flamma ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum fauilla erit. Item Ezech. 13. Væ qui consumunt puluillus sub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ aratis. Quandoque diabolus in aliquo peccatore fatigatus est, & vult corruiere in eos: sed venit maledictus adulator, vt appodiet eum exemplis malis confirmando. Ille qui peccat, quasi parietem facit inter se & Deum, sed absque temperamento est, & citò corruiet: sed adulator linat eum vt fortior sit: vnde Ezech. 13. Ipsi edificabant parietem, illi autem linebant eum luto absque paleis. Dic ad eos qui linunt absque temperamento, quòd casurus sit. Ad hoc vero quòd adulator detestabilis sit, pertinet illud Prouerbio. 24. Qui dicunt impio, Iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. Ad hoc quòd abominabilis sit, pertinet illud Prou. 17. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, vterque abominabilis est apud Deum. Ad idem pertinet quòd dicit glo. super Luca 16. vbi agitur de diuite & de Lazaro, quòd poreit in lingua canum, lingua adulantium intelligi, qui vulnera lingunt, dum mala, quæ in nobis reprehédimus, improbo fauore laudant. Lingua enim ista, quæ vulnera lingit, indubitanter abominabilis est. ¶ Sexto potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur magna stultitia qua laborat adulator. Est autem vna stultitia ipsius, quòd ipse laudat hominem sibi ipsi, quasi vellet eum vendere. vnde quidam dixit adulanti sibi: Quid me mihi laudas? nunquid mihi vendere me vis? Alia stultitia eius est, quòd ipse homini adulat, vt gratiam eius acquirat, quam tamen melius inueniret, si veritatem ei diceret. vnde Prouerb. 18. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quam ille qui per linguam blandimenta decipit. Et eiusdem 24. Labia deosculabitur, qui recta respondet. & ibidem: Qui arguunt, laudabuntur, & super eos veniet benedictio. Hoc est illud quòd præcipue deest diuitibus & potentibus, videlicet qui verum eis dicat. Vnde Seneca: Monstrabo tibi quid omnia possidentibus desit: scilicet qui verum dicat, & hominem inter mentientes stupentem & pro rectis blanda audientem ad verum perducatur. Idem: Dic illis, non quòd velint audire, sed quòd velint semper audisse.

¶ De quatuor remedijs contra peccatum adulationis.

SECVITVRA de remedijs cõtra peccatũ istud. Et possunt esse quatuor cõtra istud vitium. ¶ Primũ est. vt quãdo vēr⁹ adulationis
 fiat,

fiat, homo ad terrā descendat, vt quod infimū est & infirmū ipse in se cōsideret, & dicat: Quoniā tu illuminas lucernā meā. Domine Deus meus, illumina tenebras meas. Aliud remedium est, memoria mortis, quod remediū figuratū est Exo. 10. vbi legitur, q̄ orauit Moyses Dominū, qui flare fecit ventū ab occidente vehementissimū, & arreptam locustā proiecit in mare rubrū. In locustis adulatores intelliguntur, quos ventus venies ab occidente proiecit in mare, dū memoria mortis eos fugat: quia vanas hominum laudes contemnit, qui de morte cōgitat, quando veritas aperte patebit. ¶ Tertium remedium est, vt homo subreter discernat adulatorem esse eum qui sibi loquitur. Verecundabitur enim cū cognoscat se puerilem reputari ab eo qui sibi adulationis propinat, vnde Socrates cui dā sibi adulāti dixit: Nichil proficis adulator, cū te intelligam. ¶ Quartum remediū est q̄ homo tristem faciem adulantibus ostendat. Tristis enim facies eos fugat, sicut hilaris facies eos multiplicat. Vnde Prouer. 25. Princeps qui libenter audit verba mēdaciū, omnes ministros habet impios. Renuere verō lac adulationis, multum est acceptum patri caelesti. Quod figuratum est Genesis 21. vbi legitur Abraham fecisse grande conuiuium in die ablactationis Isaac. *De peccato maledictionis, & de hiis que faciunt ad detestationem eius.*

CAPVT VIII.

Sequitur de peccato maledictionis. Maledictionem verō hinc intelligo mali imprecationem. Cōtra quod peccatum. ¶ Primo possunt valere verba facta scripturæ, quæ illud dissuadent. Vt est illud ad Roman. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Et illud 2. Petr. 3. Non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto. ¶ Secundo valere possunt ad hoc exempla. Sicut est illud quod legitur de Domino Iesu Christo 1. Petr. 2. Qui cum malediceretur, nō maledicebat. Et illud Apostoli 1. Corinth. 4. Maledicimur, & benedicimus. ¶ Tertio potest valere contra hoc peccatū, si ostendatur multiplex malum quod sequitur ex eo. Primum malū est amissio regni æterni. Vnde 1. Corinth. 6. Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Aliud malum est, q̄ maledictio quam aliquis facit, super caput maledicentis reuertitur. Vnde Prouer. 26. Sicut avis alta transuolans, & passer quolibet vadens: sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet. Ideo autē dicitur, frustra prolatū, quia est maledictū iuxta diuinā iustitiā prolatū. Est illud Act. 8. Pecunia tua tecū sit in perditionē. Et tale maledictum venit super illū cui maledicitur. Maledictum verō hinc

causa prolatum venit super eum qui maledicit. vnde Ecclef. 27. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet. & Gen. 27. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. Et in Psal. Maledicent illi, & tu benedices. & Matth. quinto: Beati estis, cum maledixerint vobis homines &c. ¶ Quarto potest valere ad detestationem huius peccati, si ostendatur peruerfitas eorum, qui male agentibus maledicunt. Cum enim illi qui male agunt infirmi sint, compatiendum esset eis, & pro eis orandum. Non esset malum imprecandum eis, cum plus malū habeant quam expediat. ¶ Quinto potest valere contra peccatum hoc, quod maledicere adeo est illicitum, quod non est licitum maledicere diabolo. vnde Ecclesiast. 21. Dum maledicit impius diabolum: maledicit ipse animam suam. Et dupliciter intelligi potest. Vno modo sic, Cum impius maledicit diabolum: id est, cum dicit eum maledictum & condemnatum, ipse maledicit animam suam: id est, damnatam & maledictam ostendit, cum maledictum imiteretur. vnde ad Roman. 2. Inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alium, teipsum condemnas. Alio modo sic intelligitur, Cum impius maledicit diabolo: id est, malū optat diabolo, ipse maledicit animam suam: id est, maledicto culpæ & penæ subiicit. Cum enim diabolus sit creatura Dei, peccatum est malum oprare ei. Vnde in Canonica Iudæ, vbi legitur, quod cum Michaël archangelus cum diabolo disputans altercateretur de Moyfi corpore, non est ausus inferre iudicium blasphemie, sed dixit: Imperet tibi Dominus, dicit glos. vbiunque vel quandoque hæc altercatio angeli facta fuit cum diabolo sibi aduersanti, blasphemiam dicere noluit, sed modesto cum sermone coërcuit: quanto magis hominibus omnis blasphemia est cauenda: Item glos. Diabolus in substantia est bonus, sed in voluntate est malus. Et ideo ab angelo non blasphematur, quia aliquid proferre aduersus bonam naturam, blasphemiam reputat archangelus. Simile habetur Zacharia: 3. vbi sic legitur: Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & satan stabat à dextis eius vt aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad satan: Inreper in te Dominus satan, & increper in te Dominus, qui elegit Ierusalem. Præcipue verò cauendum est parentibus à maledictione filiorum: quoniam illæ maledictiones magis nocivæ solent esse. Ecclesiastici 3. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris, eradicat fundamenta. Valde impium est, quod mater optat malum filio, quod non licet ei diabolo, oprare.

De peccato conuicij, & de his quæ cohibent homines ab hoc peccato. CAP. IX.

Sequitur de peccato conuicij, à quo peccato. ¶ Primo debet cohibere hoc quod conuiciū multum vulnerat cor eius, ut dicitur Eccl. 28. Flagelli plaga liuorē facit: plaga autem lingue comminet ossa. Hieron. Sicut homo cauet ne percutiat aliquem cum baculo: sic cauere debet ne percutiat eū conuicio. ¶ Secundo deberet cohibere homines à conuicio hoc, quod conuiciū charitatem seu amicitiam destruit, quæ est via excellentior. Vnde Eccles. 22. Mittens lapidē in volatilia, deiciet illa: sic & qui conuiciatur amico, dissoluit amicitiam. ¶ Tertio deberet cohibere à vitio hoc: quod non de facili fit concordatio post conuiciū dictum. Vnde Eccl. 21. Ad amicum etiam produxeris gladium, non desperes. Est enim regressus ad amicum. Si aperuit os triste, non timeas: est enim concordatio: excepto conuicio: & impetoria & superbia & misterij reuelatione, & plaga dolosa. ¶ Quarto deberet homines cohibere à peccato conuicij, quod homo stultus huic peccato vix corrigitur. Vnde Ecclesiast. 23. Homo affluens verbis improprij, in omnibus diebus suis non erudietur. ¶ Quinto deberet cohibere homines à conuicio hoc, quod illi qui conuicia dicunt, frequenter conuicia audiunt. Vnde Sapiens: Qui pergit dicere quæ vult, audiet quæ non vult. Prouerbior. decimotertio: Impius confundit & confundetur. Prou. 26. Qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. ¶ Sexto deberet cohibere homines à conuicio hoc, quod conuiciū dignum facit hominem morte æterna. vnde Matthæi quinto: Qui dicit fratri suo, fatue, reus erit gehænæ ignis. ¶ Septimo deberet cohibere homines à conuicio hoc, quia dicere conuiciū libenter homini, signum est impietatis & magis peruersitatis. vnde Prouerbio. 10. Labia iusti considerant placita, & os impiorum peruersa. Cum ex abundantia cordis os loquatur. Mat. 12. Verbum solum est cor vnde frequenter exit conuicium: & in veritate rusticus est, qui rusticitatem libenter dicit. Quod valde peruersum est, qui conuiciū dicit, ex hoc potest patere: quia aut conuiciū quod ipse dicit est malū pænæ, aut malum culpæ. Si malū pænæ est, cum malum pænæ à Deo sit, ipse dicendo opprobriū homini, exprobrat creatori eius. Prouerbio. 17. Qui despicit patrem, exprobrat factori eius. Si verò est malum culpæ, diabolicum est gaudere de hoc quod aliquis illud commiserit. Levitic. 19. Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobratis ei, sed sit inter vos quasi indigena.

na. Aduena est homo, qui magnus peccator fuit, cui peccatum suū exprobandū nō est. Vnde Eccl. 8. Ne despicias hominem auertentē se à peccato, neque improperes: ei memēro quoniam omnes in corruptione sumus. Specialiter autem cauendū est ne cōiitiū correctioni admisceatur: sicut faciūt quidā qui sub specie correctionis cōiitiātur hominibus. vnde Eccl. 19. Est correctio mēdax in ore cōrumeliosi. Verē mēdax est talis correctio. Mentitur enim talē correctionē, cū potius sit cōiitiatio. Tullius in tract. de Amicitia: Monere & moneri est officiū veræ amicitia, ita tamē q̄ adulationē careat admonitio, & contumelia obiurgatio. & Prou. 12. Qui suavis est, vivit in moderationibus, in suis admonitionibus relinquit contumeliā. Homo māsuētus moderatē corripit, & sic vitā animæ suæ seruat: homo iracūdus immoderatē corripiedō ipsam perdit vitā. Cauendū est ab immoderata & immāsuēta correptione. Nisi enim homo caueat sibi, ipse ignē incēdit quē debuit extinguere, & occidit quē debuit sanare, & teneret de dāno quod verbū incautē ab eo prolatū fecerit. Ad primū pertinet illud Eccl. 8. Nō incendas carbones peccatorū arguēs eos. Ad secundū pertinet illud Pro. 15. Lingua placabilis lignū vitæ: quæ autē immoderata est, cōteret spiritū. Lingua māsuēta lignū seu arbor vitæ est. Occasio enim vitæ spiritualis est illis quos corripit: sed lingua immoderata cōteret spiritū tā corripiedō, quā eius q̄ corripitur. Ad tertiū pertinet illud Exod. 22. Si egressus ignis inuenerit spicas, & cōprehenderit acervos frugū, siue stantes segetes in agris, reddet dānum q̄ ignē succēderit, quod de igne iræ potest intelligi, cuius dānum tenetur reddere, qui verbo incauto illud succēderit.

De peccato contentionis, & de eius prohibitione. PARS I.

Sequitur de peccato contentionis. A quo peccato, Primo deberet cohibere homines, quia Augustin. Nihil est similius actibus dāmonū, quā litigare, vnde seruos diaboli nō Dei se ostendūt, qui litigant. 2. ad Timō. 2. Seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Item Apost. 1. Corin. 11. Si quis vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem nō habemus. ¶ Secundō deberet homines cohibere à contentione hoc, quod separare se à contentione, nobile est. vnde Prou. 20. Honor est homini, qui separat se à contentione. Contendere autem ignominiosum est. Sene. Muliebre est litigare. ¶ Tertio deberet cohibere homines à contentione hoc, q̄ litigare signum est stultitiæ seu superbiæ, & peruersitatis, & malitiæ. Ad primum pertinet illud Prouer. 18. Labia stulti miscēt se i-

xis, & illud 20. Omnes autem stulti miscentur contumeliis. In verbo miscendi, quia cōmissio est inseparabilis unio, intelligitur q̄ stulti à contentione separari non possunt. Ad secundum pertinet illud Prou. 16. Homo peruersus suscitatur lites. & 26. Sicut qui apprehendit auribus canē, sic pertransit impatiēs, & cōmiscetur rixæ alterius. Ad tertium pertinet illud Prou. 17. Semper iurgia querit malus: angelus autē crudelis mittetur cōtra eum. Hoc erit in morte, quādo angelus malus ad eum venerit, ut eū deferat in infernū. Vel angelus malus potest intelligi aliquis malus homo ad eū missus: ut dicitur vulgariter, iste est malus sed quādoq; inueniet parē suū. ¶ Quarto deberet cohibere homines à contentione hoc, q̄ multa mala inde proueniunt. Vnde Eccl. 22. Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltratur: sic & ante sanguinē maledicta, & cōtumeliā, & minā. Et eiusdē. A scintilla vna augetur ignis. Et 28. Certamē festinātū incendit ignem: lis festinans effundit sanguinē. ¶ Quinto deberet cohibere homines à contentione hoc, q̄ abstinere à lite magni meriti est, vnde legitur in Vitis patrum, q̄ orante Machario vox resonauit ad eum, dicens: Nondū ad mensurā duarū mulierū peruenisti quæ habitant in proxima ciuitate. Cūque Macharius intrans ciuitatem quæsiuisset conuersationē earum ab ipsis, dixerunt q̄ erant vxores duorum fratrum, & per x v. annos simul fuerant, & nunquā aliqua earū, aliam dicto vel facto contristauerat, & statuerant in corde suo, ut vsque ad mortem verbū inter se seculare non loquerentur: & libēter intrassent religionē, si viri earū permisissent. Vnum eorū, in quibus consistebat meritum harum mulierū, erat hoc, q̄ litem non habuerant adiuuicem. Animus verē innocens nescit litigare. Vnde legitur in Vitis patrum, q̄ duo senes erant in vna cella, qui nunquam habuerant litem inter se. Dixit ergo vnus, Faciamus litem inter nos, & ponamus laterem in medio, & vterque dicat, q̄ suus sit, quia nescimus quid sit cōtentio. Cū positus fuisset later, & vnus diceret, Meus est. Alter respondit, Ego spero q̄ meus est. Cū autē primus diceret, Non est tuus, sed meus. Alter respondit, Si tuus est, tolle eum. Et sic non inuenerunt materiam litigandi.

¶ *Quod maxime cum quinque personis cauenda sit contentio.*

Et licet vniuersaliter declināda sit contentio, præcipue tamen cum quinque personis, scilicet cum homine potente, vnde Eccl. 8. Non litiges cū homine potente, ne fortē incidas in manus illius. Et cū homine locuplete. Ibidem: Non cōtendas cum homine locuplete, ne fortē contra te cōstituat litē tibi. Multa

enim perdidit aurum & argentum. Et cum homine linguato. vnde Eccl. 7. Non litiges cum homine linguato, neq; struas in igne illius ligna. Et cū homine iracundo. vnde in eodem: Cum iracūdo nō facias rixā. Item cū propria vxore. Ex quo enim aliquis litē habere cōperit cum vxore, nunquam habebit quietē. Pro. 19. Tecta iugiter perstillātia, litigiosa mulier. Qui in domo perstillāti est, quādo vult declinare vnum stillicidium in vno loco, inuenit illud in alio, & ita nō inuenit ibi quietem. Sic vir & vxor quietem nō inueniunt, ex quo cōperint litigiosi esse, & valde male est eis, quantascūq; delicias habeāt. vnde Prouer. 27. Melior est buccella sicca cū gaudio, quā domus plena victimis cū iurgio. & licet de nulla re litigandū sit, præcipue tamen non est litigandū de te, quæ hominem non molestat. Vnde Eccl. 11. De illa re quæ te non molestat, ne certaueris.

De peccato derisionis.

CAP. XI.

DE derisione quam mali faciunt bonis, breuiter pertransimus, cum de ea dictū sit in tract. de ornatu, in cap. de verecūdia. Hoc solū addētes quod legitur Neemias dixisse 2. Esd. 4. quū Tobias Ammonites irrideret Iudæos ædificantes, dicens: Si ascenderit vulpes, transiliet murū eorū lapideū: audi, inquit, De^o noster, qā facti sum^{us} despectui: cōuerte opprobriū sup caput eorū. & paulò post subdit: Ne operias iniquitatē eorū corā facie tua, & peccata eorū nō deleātur: quia irriserūt ædificantes.

De peccato prauī consilij, & de his quæ deberent cohibere homines ab hoc peccato.

CAP. XII.

Sequitur de peccato prauī cōsilij. A quo peccato deberet cohibere homines. Primò q̄ prauus consiliarius proditor est. Decipit enim eū qui in eo cōfidit: scilicet eū qui ab eo consiliū petit: quod nō est paruū peccatum. vnde Prou. 26. Sicut noxius est qui mittit lāceas & sagittas in mortē: ita vir qui fraudulēter nocet amico suo. ¶ Secundo deberet cohibere homines ab hoc peccato, q̄ prauī cōsiliarij quasi omnia mala faciūt: sic tamē vt nihil mali fecisse videātur. Ipsi dant palmas in faciem Christi & in membris eius, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit: vt legitur factum fuisse Mat. 26. Cum Dominus captus teneretur: quasi Dominus ignorare possit astutias eorū, cum scriptū sit Iob 12. Ipse nouit decipientem, & eū qui decipitur. ¶ Tertio deberet cohibere homines ab hoc peccato, q̄ cōsiliarius prauus illud consilium, quod ipse vult dare contra aliquos, primo dat cōtra seipsum. Istud enim habet iustitię omnis iniustitia, quod quicumque vult nocere alij, primo noceat sibi.

Omnis laqueus deceptionis primò capit eum qui terendit: Omnis gladius persecutionis ipiritualiter primò transfuerberat eum qui eo vitur. vnde Eccl. 27. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti consiliũ nequissimum super illum deuoluetur, & non agnoscet vnde hoc veniat illi. Vnde Prou. 26. Qui fodit foueã, incidet in eam: qui voluit lapidẽ, reuerterur ad eũ. Et Psal. Lacũ aperuit & effodit, &c. Hoc est figuratũ 1. Reg. 17. In hoc q̃ Goliath proprio gladio decapitatus est: & Esther 7. In hoc q̃ Amã suspensus est in paribulo quod parauerat Mardocheo. Pravi cõsiliarij de rapinis & exactionib⁹ quas fieri faciũt, habet peccatũ, & ad restitutionẽ tenentur, cum alij habeant lucrum Consilio corũ bene acquiescitur in malis faciendis, in bonis verò minimẽ. Quandoque modico tempore plus mali faciunt, quàm toto tẽpore vitæ suæ possint emendare, vnde nullum peccatũ est quod magis impediãt homines à salute, quàm istud. ¶ Quartò, deberet cohibere h. mines ab hoc peccato, q̃ peccatum istud multũ nociũ est ecclesiæ Dei. Vnus enim malus consiliarius destruit quandoque totam vnã patriam. Ad magnã malitiam pravi cõsiliarij, referri potest illud Eccl. 31. Nequius oculo quid creatũ est? Consiliarius enim alicuius oculus dicitur. vnde Mar. 5. Si oculus tuus scandalizat te, &c. Si cõsiliarius alicuius principis malus est, negotia eius male disponentur. Vnde Matt. 6. Si oculus tuus nequã fuerit totum corpus tuum tenebrosũ erit. ¶ Quintò deberet cohibere homines ab hoc peccato, quod quandoq; illi qui astuti sunt ad dandũ cõsilia nociua alijs, in cõsulendo sibiipsis iusto Dei consilio serui inueniũtur. vnde Iob 12. legitur q̃ Deus adducit consiliarios in stultum finem. Legitur etiam Iob 5. de Domino: Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & cõsiliũ prauorum dissipat. Sic enim cauendũ est homini, ne prauo cõsilio acquiescat. vnde Eccl. 6. Multi pacifici sint tibi, sed cõsiliarius vnus de mille. & Eccl. 17. A cõsiliario malo serua animam tuam: prius scito quæ sit illius necessitas, & quid ipse cogitabit, ne forte mittat sudem in terram. & dicat tibi, Bona est via tua.

¶ *De quibus personis consilium sumendum est.*

CAVENDVM etiam est homini ne consilium quærat à iuuenibus. Hac enim de causa Roboam partẽ regni amisit: qui acquieuit consilio iuuenum, relicto consilio senum: vt legitur 1. Reg. 12. Itẽ cauendũ est homini, ne amator es huius mudi cõsulat de salute animæ suæ. vnde Eccl. 37. Noli consiliari cum se-

cero tuo. Socer est mūdus iste, qui quodāmodo est pater carnis, quæ vxor spiritus est, eū quo colliū habendū non est de salute animæ. Quod figuratū est Gen. 31. in hoc q̄ Jacob recessit à Labā, ipso nesciēte. Bern. Angelus magni cōlij vocat te, & alienū consiliū præsolare. Idem: Amicos consulat, qui non legit quod inimici hominis domestici eius. Esa. 19. Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consiliū inspiens. Cauendum est etiā homini ne consiliū cū stulto habeat. Vnde Eccle. 8. Cum fatuū consiliū non habeas: non enim poterunt diligere, nisi quæ placent eis.

De seminansibus discordias & de his quæ cohibent ab hoc peccato.

A Peccato eorum, qui semināt discordias primō deberet homines cohibere hoc, q̄ illud peccatum adeo est exosum Deo. Vnde Prouer. 6. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, Oculos sublimes, &c. Et numerat Salomon 7. loco, eum qui semināt inter fratres discordias tanquam magis exosum Deo, quā alios peccatores. Nec mirū, si Deus odiat eos qui semināt discordias in ecclesia. Magis enim videtur nocere ei qui hoc faciunt, quā qui propriū corpus eius crucifixerunt. Plus enim dilexit Christus corpus ecclesiæ, quā corpus proprium, quum pro corpore ecclesiæ, corpus proprium morti exposuerit. vnde qui fodunt corpus ecclesiæ, vnitatem eius diuidendo, magis videntur nocere ei, quā qui corpus eius proprium foderunt, continuitatem in eo diuidendo. Ad ostendendum quod nullo modo volebat scindi corpus ecclesiæ per discordias, voluit ipse tunicam inconsutilem indiuisam manere. Ioan. 19. ¶ Secūdo deberet cohibere homines ab hoc peccato hoc, q̄ nihil magis nociuum est corpori humano, quā diuisio cōtinuitatis, nec magis nociuum est ecclesiæ Dei, quā diuisio vnitatis. Ex vno verbo quod dicit ille qui discordiam feminat, quandoque nascitur discordia tantā, ex qua destruitur patria vna. vnde magnæ malitiæ est seminare semen tale, cum ex vno gradu illius, talis messis surgat. ¶ Tertio deberet cohibere homines ab hoc peccato hoc, quod opus illud diabolicum est, & contrarium operi Christi. vnde de diabolo scriptum est, Ioan. 10. quod dispergit oues. Christus verò de se dicit Matth. 12. Qui non colligit mecum, dispergit. Ad Christum & ad seruos eius pertinet vnire & pacificare. Matthæi 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hac de causa filius Dei venit in mundum, vt pacem reformaret in mundo. Ad diabolum verò pertinet dispergere.

*De peccato bilinguism & de his qua deberet hominem cohibere
ab hoc peccato. CAP. LXI. DE.*

Sequitur de peccato bilinguism. Bilingues autem dicuntur, qui mala loquuntur de hominibus in absentia, & bona in presentia: vel qui præcedunt quod bona intentione dicant, vel causa ioci illud quod proferunt, cum mala habeant intentione. ¶ A quo peccato primo deberet homines cohibere hoc, quod multum displicet Deo. Vnde Prouerb. 8. dicit sapientia increata, quæ est filius Dei: Arrogantiã & superbiã, & vitam prauã, & os bilingue detestor: Nec mirũ si Deus detestatur os bilingue, cum monstrum sit Nullum animal bilingue inuenitur, excepto serpente, qui bilinguis est, iuxta vulgi opinionem, quia propter velocem motum linguæ sic apparet. ¶ Secundo deberet cohibere homines à peccato hoc, quod valde nociuum est proximo. Vnde Prou. 18. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad inferiora ventris: id est, ad interiora mentis. Dicuntur autem verba bilinguis quasi simplicia, quia sub prætextu ioci vel bonæ intentionis ea dicit, tamen cor audientis multum lædunt. vnde de ipsis potest intelligi illud Ps. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. ¶ Tertio deberet cohibere homines à peccato hoc, quod multum nocet proprio subiecto. ¶ Primo quia ponit illud in magno periculo: si enim est in magno periculo qui vnicam linguam habet, in quanto periculo est ille, qui bilinguis est: vix sufficit aliquis vnicam linguam regere. ¶ Secundo nocet: quia ponit hominem in opprobrio & fama mala. vnde Ec. 5. Denotatio pessima super bilinguem. Denotatio est digiti ostensio confusione plena. Item Ecc. 6. Improperium & bilinguis. ¶ Tertio nocet, quia hominem reddit maledictum. Vnde Ec. 18. Sufurro & bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. Bilingues sunt pseudo apostoli variis linguis loquentes: A peccato verò isto præcipue cauendum est illis qui legem Dei habent alios docere. vnde i. Timo. 3. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo &c.

De peccato amantium rumeres. CAP. LXV.

AB hoc peccato præcipue caueat claustrales. vnde Ber. rumeres in claustro enumerat inter x. abusiones claustri. Duodecim vero abusiones claustri hæc sunt. Prælati negligēs, discipuli inobediēs, iuuenis otiosus, senex obstinatus, monachus curialis, religiosus cauidio, pānus pretiosus, cib⁹ exquisit⁹, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreuerentiã circa altare. De

De peccato iactantia, & de his quæ valent contra illud. CAP. XV.

Peccatum iactantiæ disfluadetur Prou. 27. vbi legitur, Laudet te alienus, & non os tuum, possunt autem valere contra peccatū istud, Primo exempla: vt est illud, quod legitur Dan. 4. de Nabuchodonosor, q̄ verba iactantiæ proferebat in fine, dicens: Hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificauī in domū regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei. Et cū adhuc sermo esset in ore regis, vox de celo ruit, Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnum tuum transit à te. Legitur etiam in Vitis partū, de quodā cremita, qui pollens omnibus animi virtutibus cepit iactare se, & diabolus in specie mulieris venit ad speluncā eius, dicens quod à bestiis nocte esset deuorandus, nisi susciperetur eius hospitio: quæ suscepta diuersis blandimētis inducit eum ad hoc quod membra eius singulatim tangeret: & cū inclinaret se vt eam fœdè amplecteretur, ipsa euauit, deridēs eū: & multitudo dæmonum clamauit: O monache, qui te vsque ad stellas extollebas, quomodo demersus es in infernū? Disce, Qui se exaltat, humiliabitur. Tūc ille desperans & fugiens præ cōfusione à conspectu omnium religiosorū, reuersus est ad seculum tradens se omni impudiciæ, ne quis eū salubribus monitis de præcipitio reuocaret. Item in regione Thebaide manēte quodā cremita Apollonio, vitæ pbatissime, dixit ei vox de celo, Apollonio, per te perdam sapientiam sapientū, & etiam in Agypto omnem culturam dæmonum subrues. At ille ait: Aufer à me iactantiā, ne fortè elatus super fratres meos cadā ab omnibus bonis. & dixit vox: Mittere manus tuas ad ceruices tuas: & quod cōprehēderis, cōstringe, & sub arena subruet. & continuò apposita manu ad ceruices apprehēdit paruum Æthiopē clamantem & dicentem: Ego sum superbiæ dæmon. Et iterū vox ait: Perge nūc quocunq̄ volueris in Deo securus. ¶ Secundo potest valere contra peccatū iactantiæ, si manifestetur stultitia eius qui hoc vitio laborat. Notandum ergo, q̄ ille qui iactat se ore proprio, seipsum quandoque occidit, vnde Prou. 18. Os stulti cōtritio illius. Filios autem suos ore proprio comedit, dum bona opera se iactādo de illis amittit. Ipse etiam Dei gratiā effundit, vnde Ecc. 20. Gratia fatuorū effundetur. Ipse laudem, quam amat, in loco ponit vbi sordeat: scilicet in ore proprio. omnis enim laus in ore proprio sordeat. Ipse etiam testimoniū fert de seipso. Ioan. 8. Tu de te ipso testimoniū perhibes: testimonium tuum non est verum. Hoc de Christo non habet locū, quum se solus cognoscat, & ipsi soli credendū est, iuxta verbum Hilarij: Soli Deo de se creden-

dum est, qui se solus nouit. Sed in aliis verum est quod dicitur 1. Cor. 10. Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed qui Deus commendat. Ille qui iactat se, est idolum seipsum colens, & de seipso cantans. Ipse similis est gallinae, quae postquam fecit ouum, non cessat clamare donec perpenditur, quod ouum fecit: & sic ouum amittit. Sic ille qui iactat se, tacere non potest, donec bonum opus, quod fecit amiserit. ¶ Tertio potest valere contra hoc peccatum, si ostendantur mala quae ex eo consequuntur. Notandum ergo quod ex hoc peccato sequuntur iurgia. Vnde Prou. 28. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat. Sequuntur etiam inde odium. Vnde Sapiens: Vitiosa iactatio est, affertque audientibus non tantummodo fastidium, sed plerumque odium. Hoc tamen sciendum est quod licet viris bonis opera sua bona quandoque dicere ad Dei gloriam. Vnde 2. ad Cor. 11. dicit Paulus: Estimo enim me nihil minus fecisse à magnis apostolis. Licet etiam ea dicere ad reuelationem spei. Vnde Esa. 38. dicit Ezechias: Memento quomodo ambulauerim coram te in veritate.

De secretorum reuelatione.

CAP. XVII.

A Secretorum reuelatione debent hominem cohibere, tria. ¶ Primum est, hoc quod legitur Ecc. 27. Qui denudat arcanum amici, perdit fidem. ¶ Secundum est, quod legitur Ecc. 12. Est concordatio ad amicum, excepto conuicio & improprio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. Vnde reuelatio secreti est vnum eorum, de quibus vix fit concordatio. ¶ Tertium est hoc, quod si aliquis infamatus fuerit illa reuelatione, vix potest ei restitui damnum quod suscepit. Vnde Prouer. 28. Quae viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò, ne postea emendare non possis cum dehonestaueris amicum tuum.

De peccato indiscretæ comminationis.

CAP. XVIII.

Peccatum indiscretæ comminationis fugere debemus. ¶ Primo exemplo Christi, de quo legitur 1. Pet. 2. Qui cum patetur, non comminabatur. ¶ Secundo debet cohibere ab eo ut demum locum timori Dei. Vnde Eccles. 19. Corripe amicum antequam commineris, & da locum timori Altissimi. Altissimi timori datur locus, qui potius vult quod homines dimittat peccare timore Dei, quam timore humano. ¶ Tertio, quia comminationes multum offendunt hominem, & multa mala inde sequuntur. Eccel. 22. Ante sanguinem maledicta, & contumelia, & minae. ¶ Quarto cauendum est à comminationibus, ne stultiores nos ostendam quam simus. Homo qui comminari consuevit, ostendit se stultiores rem quam sit, quia multa comminatur quae nunquam facturus sit. Vnde

Vnde Prouer. 14. Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam.

De peccato indiscreta promissionis. CAP. XIX.

Indiscreta promissionis peccatū fugere debent homines, propter tria mala quæ inde sequuntur. ¶ Primum est, remorsio propriæ conscientiæ. Vnde Prou. 12. Est qui promittit, & quasi gladio pūgitur cōscientiæ. Hoc fit quando nō soluit, quod promittit. ¶ Secundū malum est, quod inimicitias eius incurrit cui promittit, & nō soluit. vnde Eccl. 20. Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicū gratis. ¶ Tertium malum est, quod tenetur soluere quod promittit. Vnde Ecc. 8. Ne respondeas supra virtutem tuam: q̄ si spononderis, quasi restituens cogita. Specialiter autē cauere debemus à voto indiscreto, ne scilicet voueamus, quod implere nolumus. In quo multum peccant aliqui claustrales, qui vouent ea quæ sciūt se non impleturos: in quo etiam aliqui multum peccant, qui suscipiendo sacros ordines continentiam promittunt, quam tamen non proponūt seruare, quod valde periculosum est. Vnde Prou. 20. Ruina est homini deuorare sanctos, id est, de voto suo honorare sanctos, & post votū retractare. & Ecc. 5. Melius est non vouere, quàm post votū promissa nō reddere. Item in eodem: Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim infidelis, & stulta promissio.

De verbo otioso, & de his quæ deberent hominē ab his cohibere. C. A. P. XX.

Notandum, quod verbum otiosum secundum Hier. est quod sine vtilitate loquētis dicitur, aut audiētis. Verba vero scurrilia & turpia nō sunt cōputanda inter otiosa. Vnde Hiero. Qui scurrilitatē replicat, & cachinnis ora dissoluit, vel aliquid profert turpitudinis, nō otiosi sermonis, sed criminosi reus tenetur.

¶ Multa vero sunt quæ deberēt hominē cohibere à verbis otiosis. ¶ Primum est hoc, quod cum vir iustus cælum sit, os eius porta cæli est. Et ideo aperiendū nō est absque magna causa. Legimus enim cælum ad literam multoties apertū fuisse: sed nūquam legitur quin aliquod mirū subsequētū sit. legitur in Psal. Et ianuas cæli aperuit. & subditur: Et pluit illis manna ad manducandum. Legitur etiam Luc. 3. quod Iesu baptizato & orante, apertum est cælū. Et subditur, quod descendit spiritus sanctus. Vox etiam patris audita est. Itē cum beatus Stephanus lapidaretur, aperti sunt cæli, & vidit Iesum stantem à dextris Dei & gloriam ipsius. & sic quādo porta cæli spiritualis aperitur, scilicet os viri iusti, debet inde exire manna, vel verbum dulcis consolationis, vel verbum quo Spiritus sanctus datur, vel verbum quo Spiritus sanctus vel ipsius gratia hominibus ostenditur. Sed de quibusdam cū expe-

ctatur vt exeat māna, exit potius rana, aliquid scilicet garrulitas. ¶ Secundo deberet homines cohibere ab otiosis verbis in quod lingua calamus est Spiritus sancti. vnde Psal. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Solent offendi scripserunt quando calamo eorum aliqui inutile scriptatur, & illum periciunt: sic Spiritus sanctus quandoque linguam illam repellit, quæ verbis otiosis se exponit. ¶ Terrio deberet cohibere homines a verbis otiosis hoc, quod loquela naturaliter in solis rationem habentibus inuenitur. vnde per se data est loquela rationi, & ideo bene ratione fieri non debet. ¶ Quarto deberet cohibere homines a verbo otioso hoc, quod omnia verba ad examen Dei venient. vnde Matth. 12. De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines reddent in die iudicii rationem. & Eccl. vlt. Cuncta quæ sunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, &c. & dicit glossa. quæ etiam de verbo ignoranter prolato hoc intelligitur. Vnde debemus verba nostra hic examinare, vt per examinem illud possint transire. ¶ Quinto deberet cohibere homines a verbo otioso hoc, quod homo est velut castrum obsessum vndique. vnde Psalm. Inimici mei animam meam circundederunt, &c. Os vero hominis porta est, per quam sæpe hoc castrum caprum est: ideo porta ista diligenter est custodienda, & non ad verba inutilia aperienda. ¶ Sexto deberet cohibere homines a verbo otioso hoc, quod thesaurus magnus est in homine. vnde Apostolus 2. ad Cor. 4. Thesaurum habemus in vasis fictilibus. Ideo qui thesaurum suum non vult mittere, os suum clausum diligenter debet custodire. ¶ Septimo vtilitas magna quæ ex verbis potest provenire. Verbo enim potest homo in oratione regnum æternum mereri. Item verbo potest dari occasio salutis pluribus animalibus. Vnde magna corruptione provenit hoc, quod homo otiosa & inutilia loquitur libenter, ex quo potest adeo vtilia loqui. Hoc autem precipue reprehensibile est in sacerdotibus. Vnde Bern. Inter sacerdotes nugæ sunt, in ore sacerdotis blasphemiarum. Interdum si dicunt, ferendæ forsitan referendæ nunquam. Consecrasti os in Evangelio: talibus iam aperire illicitum est, afluere faceret ex ore eius, non nugas vel fabulas. Verbum scurrilitatis, quod faceti urbanique nomine colorant, non sufficit ab ore petegriari, procul ab ore est relegandum: foedè ad cachinnos mouerit, diu texere sermonem. Aliqui vero sunt qui non multum curant in re a verbis otiosis, vel ab aliis venialibus peccatis, eò quod

peccata sibi parua videntur.

¶ De quinque timendi circa venialia peccata.

Id est notandum, quod quinque sunt, quæ debet homo timere circa venialia peccata. ¶ Primum est multitudo eorum. Vnde Aug. Ista leuia contemnere noli. Si contemnis quâdo appendis, expauesce quando connumerat. ¶ Secundum est hoc, quod pro talibus ad iudiciû Dei sumus trahendi. Vnde super illud Tob. 31. Nonne vias meas ipse considerat? dicit gloss. Sic Deus vniuscuiusq; vias considerat, sic gressus dinumerat, vt nec minutissimæ cogitationes ac tenuissima verba quæ apud nos vsu viluerunt, eius iudicio iudicussa remaneant. Sed quæ ratio poterit reddi de verbis otiosis, cum ipsa sine ratione dicantur? vnde Ber. Si præterea verbum otiosum est quod nullam rationabilem causam habeat, quam rationem reddere poterimus de eo quod est præter rationem licet confabulari, aiunt, donec prætereat hora, quam tibi ad agendam penitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquitendam gratiam, ad promerendam gloriam, miseratio conditoris indulserat. ¶ Tertio timendum est ne inter multa venialia aliquod mortale incidat homine ignorante. vnde Osee 7. Alieni comederunt robur eius, & ipse nesciuit. ¶ Quarto timendum est, ne per venialia homo ita debilitetur, quod in aliquod manifestum mortale cadat. Eccles. 39. Qui modica spernit, paulatim decidet. Gregor. Vitæ grandia, caue ne obruaris arena. Idem: Si ista parua negligimus, insensibiliter seducti, audacter maiora perpetramus. Et si stupa & clauis in nauibus sint minima, tamen defectus eorum occasio submerisionis possit esse his, qui in nauibus sunt. Præsentia enim eorum occasio est euasionis. Legitur quod Absalon occasione criminum interfectus sit. 2. Reg. 8. In crinibus parua peccata possunt intelligi, sicut & ibi, Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Quæ parua peccata multis sunt occasio mortis. Legitur etiam Iudic. 16. quod Sampson abscissis crinibus debilis factus sit. In quo figuratum est, quod aliquis debilitatur, quando modica bona negligit facere. Eccontra Nazarei nutriebant comam: vt legitur Numer. 6. ¶ Quinto timenda sunt venialia, quia profectò impediunt: quando enim aliquis Deo ingratus est, & non vult facere pro eo nisi id ad quod teneret, Deus non ita abundanter largitur gratiam ei vnde proficere possit. Præterea vnicuique pilum cibum alicui reddit abominabilem, & modicum pulueris oculum multum obnubilat: sic venialia seruitium alicuius minus gratum videntur Deo reddere, & oculos cordis obnubilant.

De multiloquio, & de his quæ ab eo cohibent.

C A P. XXI.

Multi

Multiloquium peccatum est, à quo Primo debet colibe hoc q̄ signum est imbecillitatis. Hiero. Inter canes qui firmior est, magis latrat. Secundo vero hoc, q̄ multiloquium hominem odiosum reddit, pauciloquium vero amabile. vnde quidam philosophus interrogatus quomodo quis hominibus placere vellet placere, inquit: Si gesseris optima, & locutus fueris pauciloquus. Eccl. 9. Terribilis in ciuitate sua homo linguosus: & reuerentia in verbo suo odibilis erit. ¶ Tertio hoc, q̄ multiloquium impedit conuersionem. vnde Iob 11. Nunquid vir verbolus iustificabitur? Leui. 15. Vir qui paritur fluxum seminis, immundus erit. ¶ Quarto vero hoc, q̄ in multiloquio non deest peccatum, legitur Prou. 10. Et Eccl. 20. Qui multis utitur verbis, laedit animam suam. Et Eccl. 5. In multis sermonibus inuenietur stultitia. ¶ Quinto hoc, q̄ multiloquium signum est stultitiae. Vnde Eccl. 10. Stultus verba multiplicat. Et Prou. 29. Totum spiritum suum profert stultus. ¶ Sextum vero est hoc, quod dicitur in Psal. 140. Linguosus non dirigitur in terra. ¶ Septimum est hoc, quod frequenter accidit, q̄ ubi est multitudo verborum, ibi est indigentia operum. Sicut ubi multum est de paleis, ibi saepe parum est grano. Prou. 14. Vbi verba plurima, ibi frequenter egestas. ¶ Qui tantum verba sectatur, nihil habebit. ¶ Octauo magna utilitas, quae est in cauendo multiloquio. Vnde Eccl. 19. Qui odit diuocacitatem, exinguit malitiam. Prou. 12. De fructu oris labi plebitur unusquisque bonis. Legitur in vitis patrum, q̄ qui porrauit lapidem tribus annis in ore, ut viraret multiloquium.

De Turpiloquio. C A P. XXII.

Turpiloquium, peccatum est, à quo dissuadet nos Apostolus ad Eph. 5. dicens: Fornicatio autem & omnis immunditudo aut auaritia non nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpilitudo, &c. Ab hoc peccato multum debemus cauere: quia peccatum est turpilitudo in ore, ubi multum indecens est immunditia. Praeterea turpiloquium proximum corrumpit. Vnde 1. Corint. 15. Corruptunt bonos mores colloquia praua, &c. Timoth. 2. Quorum sermo serpit ut cancer. Corruptit enim ipsum qui turpiter loquitur, ut tandem turpia opera non abstergeat. Seneca. Turpia ne dixeris: paulatim enim per verba perditur, ut à verborum dicacitate abstineamus, & potius sumus à turpibus. Natura linguam in medio capite collocauit, quod denticulorum multitudo, & labia circumstant, ad insinuandum, quod tacendum est, vel iuste loquendum: secus est de auribus quas rotundas reliquit, & ita de aliis sensibus. Insuper à multitudinem

li loquendi habitus emergit, qui virum ita propensum ad illa te loquendum reddit, quod abstinere agerrimè potest. Propterea habitus ne generetur à principio obuiandum est: secundum quod dicit metrista: Principiis obsta, sero medicina paratur.

De scurrilitate, & de his qua valere possint contra hoc peccatum.

CAPVT XXIII.

Scurrilitas, quæ à stultis curialitas dicitur, est iocularitas, sicut dicit gl. super epistolam ad Ephe. 5. ¶ Cōtra quod peccatum, Primo possunt valere verba sacræ scripturæ quæ illud dissuadēt: vt est illud ad Ephes. 3. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas. Et 2. ad Thess. 3. Audiuimus quosdam inter vos ambulare inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes. His autè qui huiusmodi sunt denunciamus, & obsecramus in domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes panem suum manducent. ¶ Secūdo potest valere cōtra hoc peccatum, si scurras diuersis generibus rerum comparemus.

¶ Notandum ergo quod scurra est velut capra, vel simia, cum quibus ludit diabolus, & homines excitat ad risum. Capra animal fœtidum est. Simia animal deformè. Sic tales valde fœtidi sunt & valde deformes. Ipsi etiam sunt fures damnosissimi.

¶ Tempus enim, quo nihil est pretiosius in vita ista, inter transitoria hominibus furantur. ¶ Ipsi consolatores sunt eorum qui laborant in seruitio diaboli. Ipsi releuant falsis recreationibus labores eorum qui vadunt in infernum, ne deficiant in via. Ipsi faciunt etiam obdormire homines in peccatis, vt à diabolo deferantur in infernum, & non excitentur. ¶ Tertio potest valere contra hoc peccatum, si ponantur ea, quæ sacra scriptura dicit de risu huius temporis, ad quem verba scurrilia excitant.

¶ De risu huius temporis.

NOTANDVM ergo quod risus huius temporis error est. Vnde Eccl. 2. Risum reputaui errorem. Est etiam velut quædam ebullitio stultitiæ. Vnde Prou. 15. Os fatuorum ebullit stultitiam. Fit autem hæc ebullitio ad ignem prauæ cōcupiscentiæ, scurra sufflante illum ignem vento vanitatis incluso. Risus autè talis, est velut sonitus spinarum ardentium sub olla crepitantium. vnde Eccl. 7. sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. ¶ Item risus talis, est velut quidam nuntius stultitiæ cordis exterius insinuans. Vnde Eccl. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Item risus talis maledictus est. Vnde Luc. 6. Vx vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis.

¶ Quod

¶ *Quòd multiplex risus malus sit.*

Ex his satis manifestum est quanta sit fatuitas scurrarum, qui ad risum talem excitant. ¶ Item notandum quòd est risus invidia, risus perfidiæ, risus infantiæ, risus vanitatis puræ, & risus prudentiæ. De risu inuidiæ loquitur Poëta describens inuidiam: risus adest nūquam, nisi quem fecere dolores. De risu perfidiæ legitur Prou. 10. Quasi per risum stultus operatur scelus. De risu infantiæ legitur Prou. 15. q. Stultitia est gaudiū stulto. Vnde Aug. Malunt sapientes se habere sanos lugentes, quàm phrenetici ridentes. Item Aug. dicit: Gaudium mundanorum, gaudium phreneticorū. Risus vero puræ vanitatis est, cum aliquis ex fatua lenitate ridet. Ad quem risum possumus referre quod legitur in Vita patrum de quodam sene, qui vidit quendam ridentem, & dixit ei: Coram cæli & terræ Domino rationem totius vite vestre reddiditū sumus, & tu rides. Risus vero prudentiæ est rarus & tacitus. Vnde Eccl. 21. Fatuus in risu exaltat vocē suam, vir autem sapiens vix tacite ridebit. Et Iob 29. Si quando timebam ad eos, non credebant. Greg. Prelatus debet se raliter habere ad subiectos, vt ridens timeri, & iratus posse amari: ne nimis latitia vilem, vel immoderata seueritas reddat odiosum. ¶ Notandum, quòd sicut risus presentis vitæ debet esse rarus & modicus: sic luctus frequens & multus. Monemur autē ad hoc exemplo Christi, quē ter legimus fleuisse, risisse vero nunquam legimus. Fleuit Iesus super ciuitatis destructionem Ierusalem. Luc. 19. & ad Lazari suscitationem, Io. 11. & in agonia quādo paullius orauit, de quo fetu habetur ad Hebr. 5. Monet etiam ad hoc multiplex materia luctus, quam in mundo isto videmus, & hoc quòd lachrymæ nostræ in suo valore sunt. De hac materia requirit in tractatu de Luxuria, in cap. de choreis.

De indiscreta taciturnitate.

CAP. XXIII.

Sequitur de indiscreta taciturnitate. Et notandū q. sicut vitiosa est loquacitas, sic etiam vitiosum est semper tacere. Vnde Eccl. 3. Tempus tacendi, & tempus loquēdi. Ipsi. Seruanda est lingua, nō insolubiliter liganda. Ber. Mors & vita in manibus lingue. Ideo ori ponda est custodia, vt nec vitalem ædificationis clausura damnet, nec letalis pernicies liberū sortiatur egressum. ¶ *Quòd tacere in prelatiis malum sit. & maxime à verbo predicationis.*
TACITURNITAS verò præcipuè est reprehensibilis in prelatiis, qui docere habent populum. Illis enim tacere à verbo predicationis, mors est. vnde Exo. 28. præceptum est quòd in vestimentis partibus vestium sacerdotalium fierent tintinnabula aurea.

mista malis punicis, vt audiretur sonitus, quando Aaron ingrederetur & egrederetur Sanctuariū in conspectu Domini, & non moreretur. De quo verbo loquēs Gre. dicit: Sacerdos ingrediēs & egrediēs moritur, si de eo sonitus nō auditur: quia cōtra se irā æterni iudicis prouocat, si de eo sonitus prædicationis nō pcedat. Ad idē pertinet illud quod legitur Ezech. 33. Si speculator viderit gladium venientē, & nō insonuerit buccina, & populus se nō custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidē in iniquitate sua captus est: sanguinē autem eius de manu speculatoris requirā. A post. 1. ad Cor. 9. Væ mihi si nō euāgeliza- uero. Ad prælatū specialiter pertinet illud Esa. 58. Clama ne cesses. & illud Osee 8. In guttore tuo sit tuba. & illud Esa. 7. Væ mihi, quia tacui. Si propter taciturnitatē prælati aliquis pereat, simile est ac si ipse eū interficiat. vnde Paulus Act. 20. Mūdus sum à sanguine omnīū. Non enim subterfugi quo minus annūtiarem omne cōsiliū Dei in vobis. Innuēs per oppositū q̄ reus esset sanguinis eorū, si ipse eis nō annūtiasset. Indiscreta taciturnitas dis- suadetur Eccl. 4. Vbi legitur: Ne retineas verbū in tēpore salutis.

De octo remediis contra peccatum linguæ. PARS III.

Postquam dictum est de peccato linguæ & custodia in com- muni, & specialiter de 24. peccatis linguæ, cōsequenter tan- gendū est aliquid de remediis contra peccatum istud. Et pone- mus octo remedia cōtra peccatum illud. ¶ Primum remedium est consideratio periculi, quod est in loquēdo. Tunc porta alicuius castrī cautiū aperitur, quando notū est domino castrī, quod hostes portæ insidiātur. Vnde cum hostes inuisibiles, portæ eius specialiter insidientur, cum cautela magna aperiēda est. Ad hoc remedium potest referri illud Job 40. Memento belli, & ne ad- das amplius loqui quicquam. ¶ Secundum remedium est consi- deratio tam nobilitatis quā vtilitatis huius membri. De qua nobilitate & vtilitate, habitum est in principio huius tractatus, vbi dictum est, quod in lingua præcipuē indecens sit immundi- tia, & quod diuino officio præ cæteris membris deputata sit.

¶ Tertium remedium est, quod homo cōtra portam oris quasi quasdam barras facit. Barræ istæ sunt proposita firma declinan- di personas illas cum quibus peccare solet per linguam, vel loca illa in quibus solet habere occasionē per linguam peccandi, vel silentiū tenendi horis, in quibus facilius homo per linguam la- bitur, vt hora post cibum, & alia similia proposita, quæ custo- diunt hominem ne offendar in lingua. De barris istis legitur Proverb. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia

iudicia quasi vectes vrbium. Proposita ex iudicio rationis facta de custodia sensuum, quasi vectes: id est, quasi barra vrbium sunt. ¶ Quartum remedium est, quod homo raro loquatur. Exemplum de hoc habemus in beata Virgine, cuius septem verba tantum leguntur in Euangelis. vnde Eccl. 19. Qui odit locutionem, extinguit malitiam. Quintum remedium est, quod homo pauca loquatur. Sicut enim in multiloquio non deest peccatum, Prou. 10. sic breuiter loqui ad hoc valet vt homo caueat a peccato. De quarto & quinto remediis dicit Philosophus: Ad summam perfectionis volo te esse breuiloquam, & ratiloquam & submissa voce loquentem. Ad ratiloquium monet Seneca: cens, Auribus frequentius quam lingua vtere. Item: In hoc incumbe, vt libetius audias, quam loquaris. ¶ Sextum remedium est, tarditas in loquendo, vt homo non exeat in loquendo, nisi precedente deliberatione. Ad quod pertinent verba sacra scripturae quae sequuntur. Hierony. Prius veniat sermo ad limam, quam ad linguam. Eccl. 4. Noli citatus esse in lingua. & Eccl. 1. Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad profertum sermonem coram Deo. Innuitur causa quare non debet homo loqui absque deliberatione: quod enim homo loquitur coram Deo loquitur. Eccl. 21. Verba prudentium statim considerabuntur. Seneca: Tardiloquum te esse iubeo, & prope certum tibi Deus. Prouerbior. 13. Qui inconsideratus est ad loquentem sentiet mala. Qui enim non vult loqui absque deliberatione, clauem oris habeat in arca cordis. vnde quantum ad hoc lectum est. Eccl. 21. In ore fatui cor illius, & in corde sapientum os illorum. Septimum remedium est, quod inter omnia praecipuum videtur esse, vt homo orando linguam suam Deo commendat. Domini enim est gubernare linguam, vt legitur Prou. 16. vnde Dauid: Pone Domine custodiam ori meo.

¶ *De silentio claustralium, & eius commendatione.*

OCTAVUM remedium est silentium claustrale. Hierony. Linguam maledicam indictum emendat silentium. & sicut in sexto clavis oris ponitur in arca cordis, in septimo vero ponitur in manu Dei: sic in octauo ista clavis oris ponitur in manu patris. Qui autem nesciente prelato & nolente, portam oris aperuerit, postquam ei clauem tradidit, fractor videtur esse terrenus, & cum clauem faciat contra clauem, videtur esse laicus.

¶ *Quae valeant ad commendationem silentij claustralis.*

AD commendationem vero claustralis silentij, Primo ponuntur vltima exempla, & praecipue exemplum Christi, de quo dicitur

super illud Esa. 2. Quasi agnus coram tondente se obmutescer,
 & non aperiet os suū. Herodi vel Pilato pauca respondit, ne dif-
 ferretur salus humani generis. ¶ Legitur etiā quod abbas Aga-
 thon lapidem in ore suo per trienniu portabat, donec taciturni-
 tatem disceret. ¶ Legitur etiam de abbate Rambo, quod fratres
 dixerunt ei, vt diceret aliquem sermonem Alexandrino episco-
 po ad se venienti. Qui ait: Si in taciturnitate mea non aedifica-
 tur, nec in sermone meo aedificabitur. Inuenitur etiam de quo-
 dam milite potente qui voluit intrare religionem, & misit quen-
 dam vasallum suum ad abbatem, iniungens ei quod diceret ab-
 bati se velle intrare istā religionē. Addidit etiā quod diceret se
 esse mutū, paratū tamen in omnibus se obedire, quod ideo fe-
 cit, quia saepe in lingua offenderat, & cogitauit quod nisi caue-
 ret sibi, lingua sibi auferret bona quæ ibi faceret, & receptus est
 miles in religione illa, & credebatur mutus. Exiens autem qua-
 dam vice cū abbate ad quendam militem qui laborabat in ex-
 tremis, vidit animam eius quum moreretur mirabiliter à da-
 monibus trahi, & cōpatiēns fleuit. & discendentes inde obuium
 habuerunt quendam alium militem, qui promisit abbati quod re-
 nuātiaret seculo, & eū eum præcederet in quodā ponte tentatu-
 rus viā corā abbate, decidens de ponte submersus est, cuius ani-
 mam vidit miles ab angelis in specie monachi in caelū deferri,
 & solutus est in gaudium. Cum autē abbas venisset ad claustrū,
 adiuuauit militem in virtute obedientiæ, vt sibi diceret si loqui
 posset, & cur in morte illorum duorum se taliter habuisset. Cui
 miles, Male fecisti, quia contra propositum meum me loqui fe-
 cisti, sed tamen tibi indicabo, & narrauit ei omnia per ordinem.
 Audiens abbas cecidit ad pedes eius. Miles autē reuēns, petiit vt
 in aliquo recluderetur loco, vbi taciturnitatis suæ propositum
 posset seruare. ¶ Secundo possunt valere ad commendationem
 silentij sacra verba quæ illud suadent: vt est illud Augu. super
 Domine exaudi. Loquela sit in necessitate, taciturnitas in iocun-
 ditate. Et Arsenio cum discederet à palatio vt monachus fieret,
 facta est vox, dicens: Arseni, fuge, tace, quiesce. Hæc enim sunt
 radices non peccandi. Hier. Multo melius est de duobus imper-
 fectis rusticitatem sanctam habere, quàm eloquentiam pecca-
 tricem. ¶ Tertio potest valere ad commendationem silentij, si
 ostendantur bona quæ ex silentio proueniunt. *De vtilitatibus silentij & eius commendatione.*

¶ Notandum ergo quod silentium hominem fortem efficit:
 vnde Esa. 30. In silēcio & spe erit fortitudo vestra. Abbas pastor,

Omnia labor qui eueherit tibi ex taciturnitate, separabitur. Sicut, vix vel nunquam pugil vincitur, nisi malū verbum dixerit: sic vix vincitur à diabolo, qui à malis verbis sibi cauetur. Item silentium pacem facit. Vnde Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium. Silentium est quasi quædam cultura iustitiæ. Sicut enim ex nimia loquela frequenter sequitur iniuria tam Dei, quam proximi: sic ex silentio iustitia nueritur, et quo velut ex quadam arbore fructus pacis colligitur: vnde cum claustralibus pax summè necessaria sit, valde necessarium est eis silentium, vnde pax sequitur. Multæ lites & iræ remouentur ex obseruatione silentij. Proverb. 26. Qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Item silentium est signum sapientiæ. Senec. Taciturnitas homini stulto pro sapientia est. Quidam philosophus cuidam rustico in conuiuio tacenti, Et docti, inquit, hoc solum habes. Prover. 18. Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur. Et Job 15. Utinam taceretis, vt putaremini sapientes. Sapiens Nemo stultus tacere potest. Item silentium etiam est spiritus profectus. Vnde Thren. 3. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Homo qui iam leuauit se supra statum hominum, qui habet Deum consolatorem & colloctorem, potest esse solitarius, & tacere. Ex quo enim habet Deum pro socium, non curat de consortio humano. Senec. Primum argumentum compositæ mentis existimo posse secum consistere, & secum morari. Bernar. Cum quo Deus est, nunquam est minus solus, quam cum ipse est solus: quod ideo dicitur, quia tunc liberius habet suum verum socium, scilicet Deum. Homo etiam cum Deus interius loquitur, non curat multum de loquela exteriori. Gregor. Non sufficit proficere homo ad verumque diuisus: quia si exterius auditum aperit, interius surdescit. Item silentium præparat hominem colloquio diuino, vnde Thren. 3. Bonum est præcolari cum silentio salutare Dei. Filius Dei verbum est: ideo auditum & auscultationem requirit. Eccles. 32. Vbi non est auditus, non effundetur sermo. Et 1. Reg. 3. Loquere domine, quia audit seruus tuus. Silentium seruare, est os vnde exit ignis & flamma obstruere. Item silentium seruare est bestiam indomabilem clausam tenere. Iac. 3. Omnis natura bestiarum, & volucrum, & serpentum, & ceterorum domantur & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest. Item silentium seruare, est gladium penetrantissimum in vagina abscondere. Psal. Lingua eorum gladius acutus. Item

silentium seruare est foueam obstruere, per quam homo sæpe cecidit, & collum cadendo sibi fregit. Eccle. 14. Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo.

¶ Quod diligenter esset obstruenda fovea illa, qua toties fuit homini occasio ruina & talis ruinae.

SILENTIUM est frænum viri claustralis. Vnde claustralis sine silentio est quasi equus sine fræno. Silentium etiam clavis religionis est. vnde claustrum absq; silentio, proprie claustrum non est, cum sit absq; clausura: sed est velut vrbs patens & absque murorum ambitu. Vnde Pro. 25. Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu: sic vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Claustrum absque silentio est velut vinea absque sepe, quæ diripiendi exposita est. Ecc. 36. Vbi non est sepes, diripietur possessio. Eccl. 10. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Mat. 21. legitur de sepe ista: Homo erat pater familias qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei. & Pro. 24. Per agrum hominis pigri trāsui, & per vineam viri stulti: & ecce rotum repleuerant viticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Item hic per Macceriã intelligitur, quod prius per sepem. Et innuitur quod negligentia & pigritia prælatorum, causa sit, quod silentium & aliæ claustrales obseruantia in claustris non obseruentur. Sicut solet obstrui vas, in quo sit vinum ferratum, vt vinum fortius sit: sic oportet quod claustralis districtio obseruet silentium, vt feruor deuotionis sit in eo. Alioquin si os eius ad loquacitatem fuerit apertum, quicquid deuotionis in eo est, exhalar. Item silentium in claustro suffocatio malitiæ est: quia iuxta verbu prius positum, qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.

¶ Silentium etiam signum est mortis veteris hominis: loquacitas in claustrali qui debet esse mortuus, stupenda est, sicut si videremus hominem mortuum loquentem. Religio vero vbi non obseruatur silentium, potest dicere illud Iob 30. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me. Vltimo ad commendationem silentij potest valere illud Sapientis: Locutum esse aliquando pœnituit me: tacuisse verò, nunquam. ¶ Item Chusi, qui interpretatur silentium, erat amicus David. Vnde, Posui ori meo custodiam &c.

SVMME VITIORVM

FINIS.

PP. 2